
Digitized by Google

MENTEM ALIT ET EXCOLIT

K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

4.Z.6

oogle




Digitized by Google

4. Z. 6.

Digitized by Google

SUBSIDIA DIPLOMATICA
AD
SELECTA JURIS
ECCLESIASTICI GERMANIAE
ET
HISTORIARUM CAPITA ELUCIDANDA
EX
ORIGINALIBUS ALIISQUE
AUTHENTICIS DOCUMENTIS
CONGESTA, NOTIS ILLUSTRATA ET EDITA
à
STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN.
Eminentiſſ. ac Celſiſſ. Archi Epiſcopi Princ. Elect. Moguntini Conſiliario Eccleſ. Officiale &c. Inſignis Eccleſiæ Colleg. B. M. V. ad Gradus Decano.

TOMUS SECUNDUS.



HEIDELBERGÆ,
SUMPTIBUS TOBIAE GOEBHARDT,
BIBLIOPOLAE UNIVERSITATIS BAMBERGENSIS
MDCCLXXIII.

4. E. 6
2

Digitized by Google

BIBLIOTHECA PALATI VINDOBONENSIS.

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI S.

Preces primariæ ab Imperatoribus ex conſuetudine perantiqua ad Eccleſias Germaniæ dirigi ſolitæ hujus Tomi Secundi primas occupant.

De hac illuſtri materia a numeroſa Authorum in decurſu allegatorum phalange ventilata tractatum edere non intendimus, ſed jam editis quæ deficiunt ſubminiſtrare.

Precum Diplomata & Pontificum indulta in una ſerie nullibi reperire eſt. Aliqui dedere pauca, multi nulla, nullus omnia. Congeſſimus vix non ſingula à Rudolpho I. usque ad Joſephum II. glorioſſime imperantem.

Quam utile quamque neceſſarium ſit, hanc partem juris publici Germaniæ haud poſtremam diplomatice pertractare, patebit è paucis reflexionibus, quas hic ſubjungimus.

Eſto *Prima.* Diploma Rudolphi Imp. (nro I.) ad antiquam, approbatam & a Divis Imperatoribus & Regibus usque huc productam conſuetudinem provocat; Rudolphino

autem exemplari reperiri necdum potuit antiquius.

Secunda. Diploma Rudolphi mox dictum, cujus Originale nondum apparuit, modicæ fidei a nonnullis dici cœpit; nunc vero illi roboris aliquid accedit ex charta ſub nro II. allata.

Tertia. In Diplomatibus Precum a Rudolpho I. usque ad Fridericum III. Imp. nulla indulti Pontificis fit mentio, ſed hæc poſt inita demum Concordata primitus occurrit in Diplomatibus Friderici III. ejusque Succeſſorum usque ad pacem Weſtphalicam.

Quarta. Primariæ Preces Ferdinandi III. ante annum MDCXLVIII. meminere indulti, non item illæ poſt annum modo memoratum. vid. nota ſub nro XLVIII.

Quinta: Preces Leopoldi, Joſephi I. & Caroli VI. de indulto altum ſilent.

Sexta. In Precibus Caroli VII. indultum denuo recurrit, nullatenus autem in Precibus Franciſci I. & Joſephi II. Imp.

Septima. Indulta non ejusdem, ſed nunc largioris nunc reſtrictioris ſunt tenoris.

Octava. Preces ſuum donec ſortitæ fuerint effectum, de perſona in perſonam transſcribuntur. nro III.

Nona. Diſtributio Precum nomine Imperatoris eſt antiquiſſima. vid. nros II a. II b. IV.

De-

Decima. Preces Primariæ Ludovici Bavari Imperatoris tempore jam extendebantur ad beneficia curata & non curata, ſecularia & regularia, imo ad monachatum utriusque ſexus. Nro III. in adjuncto libello, Item V. VI. VII. &c.

Undecima. Nominandus Preciſta debet eſſe idoneus (nro III) ad beneficium, quidni & multo magis ad dignitatem eccleſiaſticam?

Duodecima. Facultas denominandi Preciſtas, ipſasque preces dandi debitæ executioni ſpecialis eſt, quæ occurrit nro IV.

Qualiter Electus Rex Romanorum dein Imperator Coronatus, qualiter Electus Rex Rom. vivente Imperatore in conferendis precibus hinc inde proceſſerit? ex ipſis diplomatibus perſpicitur.

Notaſſe hic tandem ſufficiat, quod inter millenas Eccleſiarum chartas Originales cum induſtria examinatas de precibus imperatricum aut Vicariorum Imperii nec veſtigium offendere licuerit.

Sequelas multivarias & ſpecialiores e chartis noſtris facile deducendas aliis relinquimus easdem attente perlecturis.

Preces Imperatorum excipiunt duo documenta omni ævo veneranda ſub nris LX. & LXI. Primum eſt Eugenii IV. PP. Bulla ad Theodericum Archi Epiſcopum Mog. an. MCCCC XLVI. Idibus Februarii data, quam in eorum gratiam referimus, qui Ac-

ceptationem Decretorum Concilii Baſileenſis an. MCCCCXXXIX. Moguntiæ factam ut legem Eccleſiarum Germaniæ pragmaticam vel in dubium ſubin revocarunt vel pro dignitate ſatis non æſtimarunt. Alterum eſt Conſtitutio Conradi Archi Epiſcopi Mog. circa nominationes ad Canonicatus & præbendas, qua de materia ſubſidiorum noſtrorum Tomo III. poſtquam preces Archi Epiſcopales attulerimus, paulo fuſius ſumus acturi.

Hiſce monumentis ſtatuta Eccleſiæ Bingenſis annectimus ſub nro LXII. Innoteſcit ex iisdem, quod electiones Decani, Scholaſtici, Cantoris &c. nominationes Canonicorum (prout etiam e documento immediate antecedente ſub nro LXI. patet) & Vicariorum hujus Eccleſiæ fuerit penes Capitulum. Peculiare autem eſt, quod Archi Epiſcopus Mog. nominaverit Præpoſitum. Aliæ Ordinationes ſaluberrimæ circa reſidentiam, diſtributiones præſentiarum, Capitula celebranda & ejusmodi conſervationem Eccleſiæ concernentia ultro obviabunt.

Pro coronide tandem ſubjungimus documenta, queis immunitas Eccleſiaſtica cleri Francofordenſis ſtabilitur, & alia.

Ut autem omnia & ſingula ſimul Amicus Lector intueri poſſit, appoſitus eſt

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHVS CHARTARVM.

I.

Preces Primariæ Rudolphi I. Imp. 1273. pag. 1

II. a

Henricus II. Archi Epiſcopus Mog. imploratur pro fundendis precibus primariis ad Eccleſiam Wimpinenſem. 1286. 4

II. b

Preces Alberti I. Romanorum Regis. 5

III.

Diploma precum Imperialium Ludovici Bavari. 1341. 6

IV.

Gerlacus Archiep. Mog. nomine Caroli IV. Imp. dirigit preces primarias ad monaſterium in Schmerienbach 1347. 26

V.

Carolus IV. declarat, monaſterium S. Agnetis Moguntiæ non eſſe obligatum ad monacham

Digitized by Google

vi precum Imperialium recipiendam. 1349. 29

VI.

Preces Caroli IV. ad monaſterium in Ravengirsburg. 1353. 30

VII.

Carolus IV. Imp. declarat: moniales S. Agnetis Moguntiæ non teneri vi precum admittere ſororem, ſed pro hac vice duntaxat. 1357. 31

VIII.

Carolus IV. Imp. de gratia expectativa Apoſtolice proviſum commendat Decano & Capitulo Eccleſiæ S. Bartholomæi Francofordienſis. 1357. 33

IX.

Wenceslaus Rex Rom. Ruperto Comite Palatino concedit facultatem diſtribuendi preces primarias per diæceſes Spirenſem & Wormatienſem. 1376. 34

X.

Primæ preces Ruperti Romanorum Regis. 1401. 37

XI.

Decretum Concilii Baſileenſis ſuper jure primariarum precum ad Sigismundum Imperatorem transmiſſum. 1437. 40

XII.

Mandatum procuratorium inſinuandi preces Friderici III. Rom. Regis Capitulo S. Albani Moguntiæ. 1442. 48

XIII.

Digitized by Google

XIII.
Mandatum Theoderici Archi Epiſcopi Mog. Executoris precum ad Capitulum Frideslar. 1442. 52

XIV.
Preciſtæ Imperiali datur poſſeſſio Scholaſteriæ in Eccleſia Frideslarienſi. 1453. 54

XV.
Indultum Precum a Nicolao V. Pontifice Friderico III. Imp. conceſſum. 1451. 57

XVI.
Alterum Indultum Concordatis derogatorium Friderico Imp. conceſſum a Nicolao V. PP. 1454. 61

XVII.
Indultum precum a Calixto III. PP. Friderico III. Imp. Conceſſum priora confirmans. 1455. 70

XVIII.
Executiorales Precum Maximiliani I. Romanorum Regis. 1487. 74

XIX.
Inſinuatio precum predictarum. 1490. 83

XX.
Revocatoriæ Innocentii VIII. PP. inhibitorialium de non admittendis precibus Maximiliani I. 1489. 85

XXI.
Indultum primariarum precum Maximiliano I. Rom. Regi conceſſum. 1492. 88

)(5 XXII.

XXII.
Aliud Indultum ejuſdem PP. interpretatorium. 1497. 95

XXIII.
Preces Caroli V. Imperatoris. 1521. 100

XXIV.
Executoriales precum Caroli V. Imp. 1526. 104

XXV.
Indultum a Leone X. PP. Carolo V. conceſſum. 1520. 106

XXVI.
Breve Apoſtolicum ſuper executoria precum. 1521. 107

XXVII.
Preces Caroli V. Imp. 1526. 123

XXVIII.
Aliæ executoriales precum Caroli V. Imp. 1530. 133

XXIX.
Indultum Clementis VII. PP. Carolo V. 1530. 135

XXX.
Breve Apoſtolicum ſuper executione precum. 1530. 147

XXXI.

XXXI.
Preces Caroli V. Imp. 1532. 152

XXXII.
Executoriales precum Ferdinandi I. Rom. Regis 1534. 163

XXXIII.
Indultum Clementis VII. Ferdinando I. Rom. Regi. 1531. 164

XXXIV.
Breve Apoſtolicum ſuper executione precum. 1531. 176

XXXV.
Preces Ferdinandi I. Rom. Regis. 1534. 181

XXXVI.
Aliud Exemplar precum Ferdinandi I. ad Eccleſiam Francofordienſem prioribus ad effectum non deductis. 1545. 192

XXXVII.
Executoriales precum Maximiliani II. Rom. Regis. 1570. 197

XXXVIII.
Indultum Pii IV. PP. Maximiliano II. 1564. 199

XXXIX.

Digitized by Google

XXXIX.
Preces Maximiliani II. Imp. 1569. 211

XL.
Executoriales precum Rudolphi II. Imp. 1579. 223

XLI.
Indultum Gregorii XIII. Rudolpho II. Imp. 1577. 224

XLII.
Preces Rudolphi II. Imp. 1579. 237

XLIII.
Indultum Pauli V. PP. Mathiæ Imp. 1612. 248

XLIV.
Preces Mathiæ Imp. 1614. 253

XLV.
Indultum Pauli V. PP. Ferdinando II. Imp. 1620. 257

XLVI.
Preces Ferdinandi II. Imp. 1620. 269

XLVII.
Indultum Urbani VIII. PP. Ferdinando III. Rom. Regi. 1638. 274

XLVIII.

Digitized by Google

XLVIII.

Preces Ferdinandi III. Imper. 1642. 280

XLIX.

Preces Leopoldi Imp. 1703. 285

L.

Preces Joſephi I. Imp. 1706. 289

LI.

Inhibitoriæ Clementis XI. PP. ad Capitulum Hildeſienſe. 1706. 294

LII.

Declaratio nullitatis precum primariarum ſacro Romano Imperio vacante, a Vicariis ſeu proviſoribus Imperialibus expeditarum & quarumcunque proviſionum, earundem precum vigore factarum ſeu faciendarum. 1711. 299

LIII.

Litteræ Clementis XI. PP. ad Capitula Eccleſiarum Germaniæ pro admittendis precibus primariis Caroli VI. & Joſephi I. Imperatorum. 1714. 305

LIV.

Preces Caroli VI. Imp. 1715. 307

LV.

Digitized by Google

LV.

Preces Caroli VII. Imp. 1742. 313

LVI.

Preces Franciſci Imp. 1746. 317

LVII.

Litteræ Franciſci Imp. ad J. Fridericum Carolum Archi Ep. Mog. in cauſa precum. 1747. 322

LVIII.

Litteræ Clementis XIII. PP. ad capitula Eccleſiarum Germaniæ pro admittendis precibus Joſephi II. Imp. 1766. 324

LIX.

Preces Joſephi II. Imp. 1766. 325

LX.

Bulla Eugenii IV. PP. qua Theoderico Archi Epiſcopo Mog. ejusque ſucceſſoribus conceditur facultas declarandi decreta Concilii Baſileenſis Moguntiæ acceptata & ſuper iis dandi teſtimoniales. 1446. 330

LXI.

Conradi Archi Ep. Mog. ordinatio inquirendi ſuper modo nominandi ad Canonicatus & præbendas. 1427. 335

LXII.

Digitized by Google

LXII.
Statuta Eccleſiæ Bingenſis. 338

LXIII.
Conradi Archiep. Mog. dehortatoriæ in violatores immunitatis Eccleſiaſticæ Cleri Francofordenſis. 1394. 400

LXIV.
Violatores immunitatis Eccleſiaſticæ Francof. excommunicantur. 1395. 405

LXV.
Omnis communio cum præfatis interdicta. 1395. 412

LXVI.
Rachtung des Cleri und Magiſtrats zu Francfurt. 1395. 418

LXVII.
Abbas Arnsburgenſis ſtare tenetur certo contractui. 1262. 423

LXVIII.
Decimæ cujusdam tractus in nemore Dreieich elocantur. 1278. 425

LXIX.
Eccleſia Francofordenſis bona ſua in Gernsheim commutat. 1265. 426

LXX.

Digitized by Google

LXX.

Providetur de nona in Ingelheim per Wernerum Archi-Ep. Mog. 1275. 427


LXXI.

Elocatio nonæ in Ingelheim. 1341. 428

LXXII.

Reverſales hujus locationis. 1341. 430

Vale, Lector Amice! laboribus hiſce diplomaticis utere fruere & pro publica re laborantem coadunatis viribus ſublevare ne dedigneris. Dabam Moguntiæ e Muſæo 13. Aprilis MDCCLXXIII.



I. PRE-

I.

PRECES PRIMARIÆ RVDOLPHI IMP.

R*udolphus* (*a*) Dei gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus honorabili in Chriſto devoto Abbati &c. gratiam ſuam & omne bonum.

Cum ex antiqua & approbata ac a Divis Imperatoribus & Regibus ad nos producta conſuetudine, (*b*) quælibet Eccleſia in noſtro Romano Imperio conſtituta, ad quam beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinet collatio, ſuper unius collatione beneficii precum noſtrarum primarias admittere teneatur, devotionem tuam rogamus, quatenus huic Clerico de eccleſiaſtico beneficio, quod ad tuam

Digitized by Google

collationem attinet, ob reverentiam ſacri Imperii, ſtudeas liberaliter providere &c. Datum Anno regni noſtri primo.

Ex *Naucleri Cronographia* hanc precum primariarum formulam exhibet *joannes a Chokier* Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis Canonicus in *Scholiis in prim: preces Imperatoris pag. 4. Goldaſtus Tom. III. Conſtit. Imper. pag. 406. Alteſerra de Duc. & Comit. Galliæ provincial. l. 1. c. 9.* Tenoris ejusdem exemplar ad capitulum Veſontinum in regno Arelatenſi directum reperies in *jo. jac. Chifletii Veſontio part. 1. cap. 58.* & *Ludewigii ſingul. jur. publ. Germ. Imper. c. IV. pag. 531.*

(*a*) *Rudolphus* Imperator electus eſt 30 Septembris 1273. Obiit in *Germerſheim* 15. julii 1291. *Rudolpho* ſucceſſit *Adolphus* Naſſovicus 1. Maji 1292. a ſucceſſore *Alberto* in prœlio occiſus 2. jul. 1298. *Albertus* iſte *Rudolphi* Imperatoris filius eod. anno electus, Aquisgrani corona imperiali decoratus eſt. Sed, neque *Adolphi* neque *Alberti* Diplomata precum hucusque videre licuit, ſicut nec *Henrici VIII.* 29. Novembris 1308. electi & 6. januarii 1309. coronati Imperatoris, qui terrena reliquit 24. Auguſti 1313.

(*b*) *Rudolphino* hoc precum primariarum diplomate reperiri huc usque nullum potuit antiquius.

Provocatur in eo ad antiquam, approbatam (*a patronis beneficiorum receptam*) & ad hæc tempora productam conſuetudinem, quæ ſola earum fons & fundamentum eſt.

Diploma *Rudolphi* nulla continet mandata, nullas minas, pœnas nullas ſed verba: *precum noſtrarum primarias, rogamus &c.* fuerunt ergo litteræ Imperatoris, veræ preces &c. alius plane tenoris ſunt exemplaria precum ſubſequentia & indulta Pontifi-

tifi-

tificum, e quibus ſolummodo vera hujus materiæ notitia hauriri poteſt.

Litteræ primariarum precum confundi non debent cum litteris alimonialibus, *panis*-brief, quæ perſonis laicis ab imperatore concedi ſolent, ut alimenta e cœnobio quodam ad dies vitæ habeant, harum litterarum exemplaria lege in *Georgii Henrici Ayrer commentatione de jure primariarum precum*, in appendice documentorum *pag. 3. & ſeq.* & in *Vitriarii inſtit. juris publ. notis Pfeffingeri illuſtratis Tom. 3. pag. 86. & ſeq.* Apud hos aliosque hinc inde citatos ſcriptores longam Auctorum ſeriem deprehendes, qui materiam de precibus copioſe & erudite pertractarunt.

Ex præmiſſis palam ſit, quod litteræ Imperatorum primitus interceſſionales, queis filios, conſanguineos, familiares aut alias perſonas ſibi gratas ad beneficia commendabant, exempla Pontificum prope accedant, qui Seculo XII. litteras ad Collatores beneficiorum dedere monitorias, dein præceptorias, tandem executorias confer. *Natalis Alexander hiſt. Eccl.* hujus & prioris ſeculi.

Wilhelmus Durandus vulgo ſpeculator dictus *Rudolpho* coævus *lib. 4. ſpeculi part. 3. de præbend. in 6.* ait. *Item nota, quod Imperator habet privilegium, quod Ego vidi bullatum, quod in qualibet Eccleſia Alemanniæ poſſit facere unum recipi.* Cum vero nec fidem faciat de tempore, quo aſſertum hoc privilegium prodierit, nec de Pontifice, qui dederit &c. hinc inter ſpeculatoris figmenta adhuc dum rejicitur.

II. a

ARCHI - EPISCOPVS MOG. IMPLORATVR PRO FVNDENDIS PRECIBVS PRIMARIIS AD ECCLESIAM WIMPINENSEM.

Reverendo in Chriſto patri ac Domino Archiepiſcopo Eccleſie Maguntinenſis. Scultetus, conſules ſcabini & univerſi cives de *Wimpina* ſervicium totius fidei confirmatum & ſemper nutibus opitulari. Veſtram magnificentiam juxta confidentiam quam de vobis gerimus & ſperamus flexis genibus exhortamus, & deprecamur totō niſu, quatinus intuitu ſervicii noſtri perpetui & ob ſereniſſimi Domini noſtri Regis reverentiam ſcultetum noſtrum de Wimpina veſtrum hoſpitem in filio ſuo pro prima prebenda in Eccleſia *Wimpinenſi* vacatura ſicut optime poteſtis promoveatis ac ſibi conferatis ac etiam pro ipſo filio ſculteti predicti, ad Eccleſiam *Wimpinenſem* per veſtras litteras primarias preces fundere ſtudeatis ſciat veſtra Clementia, quodſi hoc fecerit tunc procul dubio nos, ſemper nocte dieque ad veſtra ſervicia inveniatis expoſitos & paratos. Datum *Wimpine* anno Domini M. CC. Lxxxvj feria V. ante *Laurentii.*

Hæ litteræ ſupplices porrectæ ſunt *Heinrico II.* Archi Epiſcopo Mog. qui, ut ex eisdem apparere videtur, in commiſſis habuit, nomine Imperatoris ad Eccleſias etiam extra diœceſin Moguntinam ſitas transmittere preces primarias pro perſonis ſibi bene viſis. vid. infra preces nomine *Caroli IV.* Imp. ad monaſterium *Smerlenbach* directas. Sub nro IV.

II. b

II. b.

PRECES ALBERTI I. ROMANORVM REGIS.

Albertus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus Venerabili Wicboldo Colonienſi Archi-Epiſcopo Principi ſuo cariſſimo gratiam ſuam & omne bonum. Meminit noſtra ſerenitas, nos pridem perſonam tuam ſpeciali prerogativa & gratia preveniendo primarias noſtras preces in civitate & Dioceſi tua nobis ex novitate joconde creationis noſtre competentes tibi pro tuis clericis & devotis autoritate Regia porrigendas commiſiſſe & ut de novo noſtre innotuit celſitudini, nonnulle Eccleſie & Collegia ac etiam perſone ſingulares, quibus preces noſtras ante dictas porrigis, tibi in hac parte, immo nobis & juri Imperii contumaciter ſe opponunt. Nequeuntes igitur propter aliquorum pertinaciam jus noſtrum & Imperii pretermittere, tue damus ſinceritati ſub obtentu gratie noſtre autoritate Regia in Mandatis, quatenus tam autoritate tua ordinaria, quam nobis pro juribus noſtris & Imperii conſervandis petimus impertiri, quam etiam Autoritate Regia, ut ſingulas Eccleſias, collegia, perſonasque ſeculares tue civitatis & dioceſis ſe noſtris precibus jure fulcitis contumaciter, ut premittitur, opponentes, viis & modis, quibus earum videaris fore pertinaciam facilius refringendam, compellas & inducas, ut preces noſtras primarias per te ipſis vice noſtra directas & dirigendas ſine quovis contradictionis obſtaculo cum ea de-

Digitized by Google

votionis promptitudine, qua condecet, ſtudeant adimplere, ne jus noſtrum & Imperii tue fidelitati & executioni recommiſſum ullatenus negligatur. Datum apud Nurenberg XVI. Kal. Decemb. Anno Dni. MCC. nonageſimo octavo, Regni vero noſtri primo.

Albertus Rudolphi Habſpurgici filius electus eſt Rex Romanorum 23. junii MCCXCVIII. Aquisgrani coronatus 24. Auguſti anni ejusdem. 1. Maji MCCCVIII. ex inſidiis occiſus.

III.

DIPLOMA PRECVM IMPERIALIVM LVDOVICI BAVARI.

Ludovvicus (a) Dei gracia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus honorabilibus viris Prepoſito Decano totique Capitulo Eccleſie ſancti *Bartholomei* in *Frankenfurth* devotis ſuis dilectis gratiam ſuam & omne bonum. Predeceſſorum noſtrorum Divorum Romanorum Regum & Imperatorum qui poſt ſublimacionem ſuam apud ſingulas Eccleſias ſuper unius perſone ydonee recepcione habebant petere & cum promptitudine qualibet exaudiri veſtigiis inherentes meminimus nos jam dudum pro diſcreto *Heilmanno* dicto *Klobelauch* vobis racione creacionis noſtre Imperatorie porrexis ſe primarias preces noſtras, que cum in perſona ipſius non ſint ex audite nec admiſſe & coram nobis renunciaverit dictis primariis precibus noſtris & jure ſibi ex

ipſis

Digitized by Google

ipſis acquiſito, (*b*) ne jura noſtra & Imperii negligere videamur, qui ex officio adminiſtracionis deſuper nobis tradite alios debemus in ſua juſticia confovere, preces easdem in perſonam diſcreti *Heilmanni* dicti *Welder* nobis dilecti pleno jure duximus convertendas, Devocionem veſtram attente requirentes & hortantes, quatinus eundem *Heilmannum Welder*, cujus promocionem ſincero diligimus ex affectu ob jura & primariarum precum noſtrarum reverenciam in veſtrum & Eccleſie veſtre recipiatis Canonicum & Confratrem eidem de prebenda vacante ad preſens vel proxime vacatura adeo liberaliter providentes, ut ab inde veſtris & Eccleſie veſtre commoditatibus & profectibus favorabiliter intendere nos delectet. Datum *Frankenfurth* feria quarta proxima poſt Nativitatem Beati *Johannis Baptiſte* Regni noſtri anno viceſimo ſeptimo Imperii vero quarto decimo.

(*a*) Poſt mortem *Henrici* Imper. diviſis bifariam Principibus Germaniæ alii *Fridericum* Auſtriacum Imperatorem alii *Ludovicum* Bavariæ Ducem deſignarunt die vigeſima Octobris 1314. Preces *Ludovici* Collegiata S. *Bartholomæi* Francofordienſis in Originali aſſervat. mortuus eſt *Ludovicus* undecima Octobris. 1347.

(*b*) Notari meretur hoc *Ludovici* Imperatoris diploma, eo quod in illo precum primariarum, ut ſuum tandem conſequerentur effectum, de una perſona in aliam transſcriptarum prima continentur veſtigia.

Succeſſit in dignitate Imperiali *Carolus IV.* an. 1347. electus anno præcedente diem ſupremum obiit. 29. nov. 1378.

Digitized by Google

Ad quaſnam Eccleſias *Ludovicus* Imperator ſuas dederit preces anno Chriſti MCCCXXII. regni IX. conſtat e libello primariarum precum & alimoniarum, quem ex Regeſtis *Bertholdi de Tuttlingen* Notarii Regii edidit *Oefelius Tom. I. ſcriptorum Rer. Boic. pag. 735.* ubi ſic:

Item Abbatiſſe & conventui monaſterii in *Gandersheim* Hildensheimenſis dioceſis pro *Arnoldo de Bruswich Goterdort* pro beneficio.

Item Abbatiſſe & conventui ad *tronum beate Marie* prope *Grimmen* Miſnenſ. dioc. pro *jacobo de Mülberg* ſacerdote pro beneficio.

Item Abbatiſſe & conventui in *Waidachs* pro *Peyla Henrici Stauthemerii* filia pro præbenda.

Item Prepoſito in *Northuſen* pro *Hermanno* filio *Joannis* dicti *Schalel* pro beneficio curato.

Item Abbatiſſe & conventui monaſterii in *Chirsgarten* pro *Margareta Marquardi de Lamspauch* filia de *Wormacia* pro prebenda.

Item Abbatiſſe in *Nunnenmünſter* pro *Berchta* etiam prædicti *Marquardi* filia.

Item Abbatiſſe & Conventui in *Neunburch* pro *Eyda Nycolai* de *Raitz* civis in *Heidelberch* filia pro prebenda.

Item Abba. *Lacenſi* Treverenſis dioceſis pro *Weigando* filio *Weigandi* militis de *Bopardia* pro monachatu & prebenda.

fol. 123. a.

Item Decano & Capitulo Eccleſie *Davantrienſis* Trajectenſis dioceſis pro *joanne de Naſſawe* pro Canonicatu & prebenda.

Item Decano & Capitulo Eccleſie ſancti *Cunneberti* in *Colonia* pro *Brunone* dicto *Haengraf* pro prebenda & Canonicatu.

Item ad Eccleſiam *Lugdunenſem* pro *Heiſmanno de Landesperch* pro Canonicatu & prebenda.

Item

Digitized by Google

Item Abbatiſſe & Conventui in *Vilke* pro *Albeide* filia *joannis de Löhuſen* pro prebenda.

Item Abbatiſſe Decano & Capellano *Aſſindenſi* pro *joanne de Scuiren.*

Item Abbati & conventui monaſterii in *Graſchaft* Colon. Dioc. pro *Albero* filio *Eberhardi* dicti *During* Caſtrenſis in *Bydinkap*, pro monacho.

Item Abbati & conventui in *Nernſheim* pro *Chunrado de Pütz* pro monachatu & prebenda.

Item Abbatiſſe & Conventui in *Alſpach* Dioc. Baſilienſ. pro *Duedelina* filia *Fritel zu Rodeſh* militis pro prebenda.

Item Preposito in *Ilmſtat* pro *Alheide* filia *Friderici de Eſchwach* pro prebenda.

Item Rex recepit *Reynhardum* de *Weſterburch* Canonicum Colonienſem in Capellanum.

Item Abbatiſſe & Conventui in *Engeltal* Mogunt. Dioc. pro *Chunigunde* ſtrenui viri *Friderici de Carben* filia pro prebenda.

Item prepoſito Magiſtre & Conventui in *Imchenhoven* pro *Clara* filia *Hartmudi* dicti *Chaſtlan* civis Franchenfurdenſis pro prebenda.

Item Abbatiſſe & Conventui Sancte *Marie in Alzbucheln* Colon. Dioc. pro *Stina* filia *Heinrici* Crowel pro prebenda.

Item Abbatiſſe *S. Quirini* in *Nüſſen* Colon. Dioc. pro *jeutta* filia *Heinrici* Crowel pro prebenda.

Item Prepoſito & Magiſtre in *Grenerad* Colon. Dioc. pro *Alheide* filia ejusdem *Heinrici* pro prebenda.

Item Abbati in *Brunwiler* pro *Adolfo* filio *Waltrabi* ſculteti in *Sigberch* pro monachatu & prebenda Colon. Dioc.

Item Abbati *S. Cornelii* pro *Winriche* filio ejusdem ſculteti pro monachatu.

Digitized by Google

Item Abbatiſſe & Conventui in *Chungsbruck* Argentin. Dioc. pro *Gertrude* filia *Hugonis de Putenheim* militis pro prebenda.
fol. 123. b.

Item Abbati & Conventui in *Hanay (fort. Hayna in Haſſia)* Mogunt. Dioc. pro *joanne* filio quondam *Volberti* militis de *Evershuſen* pro monachatu.

Item Abbatiſſe in *Chaldern* Mogunt. Dioc. pro *Maechtild.* de *Hohenberg* pro prebenda.

Item Abbatiſſe ſancti *Georij* extra muros in *Franchenberg* pro *Elyzabet* de *Hohenberg* pro prebenda.

Item Abbatiſſe & Conventui monaſterii *S. Agnetis in Dyetmarcht in Moguncia* pro *Dyna* filia *Syfridi de Strazburch* civis Moguntinenſis pro prebenda.

Item Abbati *S. Albani* in Moguncia pro *Francone* filio *Franconis* de *Merel* militis pro prebenda & monachatu.

Item Abbatiſſe & Conventui in *Smerlnbach* pro *Gudla* olim filia *Chunradi* de *Preſſenbach* pro prebenda.

Item Abbatiſſe & Conventui monaſterii in *Winhuſen* Hildesheimenſis dioc. pro *Elyzabet* filia *Denykini* dicti *Brok* civis Brunſvicenſis pro prebenda.

Item Prioriſſe & Conventui monaſterii in *Ebegeſtof* Verdenſis dioc. pro *Salome* filia *Heinrici* de *Muden* pro prebenda.

Item Prepoſito Eccleſie *S. Martini* in *Wormacia* pro Domino *Ywano* de *Wizzel* pro prebenda in Eccleſia Bopardienſi quam ipſi conferat.

Item Priori & Conventui monaſterii in *cella Marie* pro *Martino* Notario Domini Cancellarii pro beneficio.

Item Abbatiſſe in *Höchſtet* pro *Katherina* Alberti de *Choburch* militis filiâ pro prebenda.

Item Abbati & Conventui monaſterii *S. Walpurgis* Virginis Argentinenſis dioc. pro *Symone* filio

Sy-

Digitized by Google

Symonis de *Chriech* de *Hôchvelt* pro monachatu & prebenda.

Item Abbatiſſe *S. Afre* in Herbipoli pro *Alheide* filia *Hermanni de Tünnevelt* pro prebenda.

Item Abbati & Conventui monaſterii Tuicienſis Colon. Dioc. pro *Adolfo* filio *Irmegardie* relicte quondam dicti *Püls* pro monachatu.

Item Abbati & Conventui monaſterii *Sibergenſis* Dioc. Colon. pro *Theoderico* filio *Irmegarde* relicte quondam dicti *Püls* pro monachatu.

Item Abbati & Conventui *S. Pantaleonis* Colon. Dioc. pro *Heinrico* filio *Wernheri* militis de *Vôrſtbach* pro monachatu.

Item Abbati & Conventui in *Gladebach* Colon. Dioc. pro *Ludikino* filio *joannis de Winchelhauſen* pro monachatu.

Item Abbati & Conventui *S. Ludegeri* in *Munſt.* pro *Hertwino* filio *Eberhardi* dicti *jud* in *Wepflaria* Monaſterienſis Dioc. pro monachatu.

Item Decano & Capitulo Eccleſie Sancti *Arimalis* Metenſis Dioc. pro *Petro de Andernaco* pro Canonicatu.

Item Abbatiſſe & Conventui *novi monaſterii* Metenſ. Dioc. pro *Haetza* filii *Andree de Lapide* pro prebenda.

fol. 124. a.

Item Decano & Capitulo in *Lichen* pro *Heinrico* de *Rincflaſch* de *Wepflaria* pro Canonicatu & prebenda.

Item Prepoſito Decano & Capitulo Eccleſie *S. Marie* in *Hallerſt.* pro *joanne* dicto *Bloch de Lubekk* pro Canonicatu & prebenda.

Item Abbatiſſe & Conventui in *Eyſenach* ad ſanctam *Katherynam* pro *Irmegarde* filia *Henrici de Vamer* Camerarii Marchioniſſe pro prebenda.

Item

Item Abbatiſſe & Conventui in *Chappendorff* pro *Chunigundi* filia *Heinrici* Pincerne de *Appolde* pro prebenda & monachatu.

Item Abbatiſſe & Conventui in *Cholode* pro Margareta *joannis* de *Pakelawben* filia pro prebenda.

Item Abbatiſſe & Conventui in *Franchenhauſen* pro *Agnete joannis de Ulla* filia pro prebenda.

Item Prepoſito Decano & Capitulo in *Gewerenhameln* Myndenſ. Dioc. pro *joanne de Herſte* pro Canonicatu & prebenda.

Item Abbati & Conventui monaſterii in *Awa* majori Conſtancienſ. dioc. pro *Chunrado* filio officialis in *Snaitpach* pro beneficio.

Item Abbati *S. Blaſii* in *nigra Sylva* Conſtant. Dioc. pro *Ulrico* dicto *Tyrnvogel* Notario *Wilhelmi* Comitis de *Montfort* pro beneficio.

Item Abbatiſſe in *Lyndawe* eidem *Ulrico* pro beneficio Conſtantienſis Dioceſis.

Item Abbatiſſe & Conventui beate *Agnetis in Scafhuſa* pro ſorore Miniſtri *de Torenang* pro prebenda.

Item Abbati & Conventui monaſterii *Fabarienſis* Curienſis Dioceſis pro *joanne de Zawer* de *Auguſta* pro beneficio.

Item Abbati & Conventui monaſterii montis *beate Marie* Curienſis Dioc. pro *Berchtoldo* dicto *Turz de Rudling* pro beneficio.

Item Abbatiſſe Conventui vallis *ſancte crucis* Conſtant. Dioc. pro *Henrico* dicto *Chnoll* de *Rudling*. pro beneficio.

Item Abbati & Conventui in *Stain* Conſtant. Dioc. pro *johanne* de *Handſchucher* dicto *Zulingen* pro beneficio.

Item Abbati & Conventui in *Campidona* pro *Pilgrimo* Rectore Eccleſie in *Landeſperch* pro beneficio.

Item

Item ad Eccleſiam *Leodienſem* vulgariter *Lutich* pro *joanne de Schaver* pro Canonicatu & prebenda.

Item Prioriſſe & Conventui in *Relinghuſen* Colon. Dioc. pro *Bela Eberhardi de Lantſperch* filia pro prebenda.

Item Decano & Capitulo in *Ryezz*... pro *Engelberto* filio *Eberti de Lantſperch* pro Canonicatu & prebenda.

Item Decano & Capitulo *S. Marci* Dioc. Leod. pro *Wernhero* filio *Hermanni de Leuff von dem Horn* pro Canonicatu & prebenda.

Item Abbati *S. Blaſii* in *nigra ſilva* pro *Walthero* ſacerdote de *Schafhuſa* pro beneficio, datum in *Nwnburch* XIII. Kal. nov. regni noſtri anno octavo.

Item Prioriſſe & Conventui in *Habſtal* pro *Kataryna Dyetershoverii de Pfullendorf* filia pro prebenda.

fol. 124. b.

Item Abbatiſſe & Conventui in *jaen* (fort. *jena*) Mogunt. Dioc. pro *jauta* filia *Bertholdi de Ilmener*.

Item Prepoſito & Conventui *S. Auguſtini Erfordie* pro *Dyetrico* filio *Nycolay de Kellder* pro Canonicatu & prebenda.

Item Abbati & Conventui in *Scutura* Argentin. Dioc. pro *joanne* filio *Chunradi* dicti *Amman de Lare* pro beneficio.

Item Prioriſſe & Conventui ad ſanctam *Mariam Magdalenam* inter muros *Erfurtenſes* pro *Kataryna* filia de *Makkela* pro prebenda.

Item Abbatiſſe & Conventui extra muros *Erfordenſes* ad ſanctum *Cyriacum* pro *Gertrudi* filia *Alberti* de *Chamſtorf* pro prebenda.

Item Prepoſito Decano & Capitulo Eccleſie *S. Pauli* in *Halberſtat* pro *Cunrado* de *jukenem* pro Canonicatu & prebenda.

Item

Item Prepoſito Decano & Capitulo Eccleſie in *Waldekke* Halberſtat. Dioc. pro *Heinrico de Lukene* pro Canonicatu & prebenda.

Item Abbati & Conventui monaſterii in *Gerrod* pro *Henrico Adolfi* von der *heiligen Stat* pro beneficio Mogunt. Dioc.

Item Prepoſito & Capitulo *S. joannis* in *Conſtantia* pro *Hermanno* dicto *Glat* pro Canonicatu.

Item Prepoſito Decano & Capitulo Eccleſie *Luſon.* pro Magiſtro *Ulrico* de *Conſtantia* pro Canonicatu.

Item Abbatiſſe & Conventui in *Puechawe* Conſtant. Dioc. pro *joanne* Pincerna *de Conſtantia* pro beneficio.

Item Abbati & Conventui *S. Petri Erfordie* ord. S. *Benedicti* Moguntin. Dioc. pro *Rud.* filio *Rudolfi* de *Northuſen* Advocato Domini Moguntini pro monachatu & prebenda.

Item Prepoſito Decano totique Capitulo Eccleſie in *Dursla* Magunt. Dioc. pro Magiſtro *joanne de Heylingſtat* rectore ſcolarum in *Mulh.* pro Canonicatu & prebenda.

Item Prepoſito Decano totique Capitulo Eccleſie montis *S. Mauricii* prope muros *Hildesheimenſes* pro *joanne Bercht Hulk* filio quondam civis *Goſlarienſis* pro Canonicatu & prebenda.

Item Abbatiſſe & Conventui monaſterii in *Tunndorf* pro *Chunigundi Alberti* de *Gotta* filia pro prebenda.

Item Abbatiſſe & Conventui monaſterii in *Berka* pro *Adelheide* filia *Heinrici de Creuzzen* militis pro prebenda.

Item Abbati & Conventui monaſterii in *Erkla Paulina* pro *Alberto* filio *Heinrici de Creuzzen* pro monachatu.

Item

Item Prepoſito Decano & Capitulo Eccleſie in *Wurtzin* Myſenſ. Dioc. pro *Heinrico joannis de Chamerey* filio pro Canonicatu & prebenda.

Item Abbatiſſe & Conventui monaſterii in *Ichterichshauſen* pro *Agnete* Alberti *de Wie* filia pro prebenda.

Item Prepoſito Decano & Capitulo in *Euchskaria* Baderburgenſis Dioc. pro *joanne de Northuſen* pro Canonicatu & prebenda.

Item Prepoſito Decano & Capitulo in *Suſaco* Colon. Dioc. pro *Gerlaco* de *Diedenhauſen* pro Canonicatu & prebenda.

fol. 125. a.

Item Abbatiſſe in Caſtro *Cheidelmburch* pro *joanne de Aſcaria* pro beneficio.

Item Decano & Capitulo S. *Sebaſtiani* in *Magdeburch* pro *Chunrado* Notario Domini de *Anhalt* pro prebenda & Canonicatu.

Item Decano & Capitulo in *Zerbiſt* pro eodem *Chunrado* pro Canonicatu & prebenda.

Item Decano & Capitulo in *Gözzwich* pro *Dietrico* dicto *Wolf* pro Canonicatu & prebenda.

Item Abbatiſſe in *Gerenröd* pro *Chunrado* de *Chuner* pro beneficio.

Item Magiſtro & Conventui monaſterii in *Weittengazzen* in *Conſtantia* pro *Agnete* filia *Hermanni* dicti ſpul de *Conſtancia* pro prebenda.

Item Prepoſito & Decano S. *Petri* in *Baſilea* intra muros pro *johanne* filio *Heinrici* Magiſtro Coguine ibidem pro Canonicatu & prebenda.

Item Prepoſito & Decano in *Anſolting* Loſan. Dyoc. pro *Philippo* de *Matt* pro Canonicatu & prebenda.

Item Prepoſito & Conventui in *Hertzogenburch* pro *Nycolao de Chremſa* pro beneficio.

Item

Item Prioriſſe & Conventui in *ſile* pro *Machtildi* filia *joannis* dicti *Schreyber in Sletzſtat* pro prebenda.

Item Prepoſito & Conventui in *Pavernberch* pro *Geroldo de Slyerſ.* pro monachatu & prebenda.

Item Prepoſito & Decano & Capitulo *Iſen.* pro *Berchtoldo* ſacerdote de *Malching* pro prebenda.

Item Prepoſito Decano & Capitulo in *Sindolingen* pro *Ulrico* Rectore in *Celle* Conſtant. Dioc. pro Canonicatu & prebenda.

Item Abbati & Conventui in *Planchſteten* pro *Chunrado Geyslingerio* pro monachatu & prebenda.

Item Abbatiſſe & Conventui in *Wald* pro *Alheide* filia *Heinrici Purſconis* pro prebenda.

Item Abbatiſſe & Conventui in *Velpach* pro *Hadwigi* filia ejusdem *Henrici Purſtonis.*

Item Prioriſſe & Conventui in *Münſterling* pro *Margareta* filia predicti *Henrici Purſtonis.*

Item Abbati in *Chraeutzling* pro *johanne* de *Tekenchoven* pro monachatu.

Item Abbatiſſe & Conventui in *Deurbach* pro *Kataryna* filia Magiſtri *Chunradi Gundelſingerii* pro monachatu & prebenda.

Item ad ſanctum *Georium* extra muros *Auguſtenſes* pro *Heinrico* filio *Chunradi Gundelvingerii* pro monachatu & prebenda.

Item Abbatiſſe & Conventui in *Pirchenvelt* pro *Maya* filia *joannis de Veſtenberg* pro prebenda.

Item Abbatiſſe & Conventui in *Sluzzelawe* pro *Elyzabeta* filia predicti *Veſtenwergeri.*

Item ad Eccleſiam S. *Stephani* in *Conſtancia* pro *Rudolfo de Graſpawren* pro prebenda.

Item Abbati & Conventui in *Aurach* pro *johanne* filio *Chunradi de Tann* pro monachatu.

Item ad eccleſiam *Baderwurenſem* pro *Ottone* Comite de *Zygenheim* pro Canonicatu & prebenda.

Item

Item ad Eccleſiam *Premenſem* pro *Syfrido de Raynſtein* pro Canonicatu & prebenda.

Item Prepoſito *Lebracenſi* pro *Widerlino de Sletzſtat* pro beneficio.

Item Decano & Capitulo in *Biſchoffcell* pro *Ulrico* filio *Pentingerii* de *Auguſta* pro Canonicatu & prebenda.

fol. 125. b.

Anno Domini MCCCXXII. in die adventus Domini annotate ſunt in *Auguſta* preces primarie infra ſcripte, que date ſunt per Dominum *Ludovicum* Regem Romanorum regiſtrate per *Berchtoldum* Notarium.

Primo in *Münſter* in *Arngaw* pro *Chunrado* dicto *Schaler* Canonico Baſileenſi pro Canonicatu & prebenda.

Item Magiſtro *Liebhardo* Canonico S. *Viti* Friſingenſi in Civitate Auſtrie in *Sybdat* pro prebenda & Canonicatu in Patriarchatu Aquilegienſi.

Item Abbatiſſe & Conventui monaſterii in *Otmarsheim* Dioc. Baſileenſ. pro *joanne Pawmgartner* ſacerdote pro beneficio Eccleſiaſtico.

Item Abbatiſſe & Conventui in *Chutzingen* pro Clerico dicto *Hünpein* pro beneficio Eccleſiaſtico.

Item ad Eccleſiam *Metenſem* pro *Heitzmanno* de *Lantſperch*.

Item pro *joanne* de *Landeſperch* ad Eccleſiam S. *Hemmerani*.

Item ad *Matycenſem* Eccleſiam Patavienſis Dioc. pro Domino *Chunrado* Rectore in *Halsbach*.

Item in *Türſtat* pro *Volcholdo* filio *Volcholdi* de *Taun* in *Babenwerch*.

Item Prepoſito & Conventui beati *Nycolai Patavie* pro *Friderico* Ratiſponenſis Eccleſie Capellano pro beneficio Eccleſiaſtico.

Item Prepoſito Decano & Capitulo *Gurnacenſis* Eccleſie Salzburgenſ. Dioc. *Henrico* Subdyacono pro Canonicatu.

Item ad Eccleſiam in *Merſburch* pro Nycolao ſacerdote Rectore in *Schenckenberg* pro Canonicatu & prebenda.

Item Prepoſito Decano & Capitulo Eccleſie *Werdenſis* Conſtant. Dioc. pro *Berchtoldo* dicto *Pawmgartner* de *Schafhauſ.* pro Canonicatu & prebenda.

Item Abbati & Conventui monaſterii in *Staingaden* Ordinis Premonſtratenſis Dioc. Auguſt. pro *Heinrico* ſacerdote de *Memingen* pro prebenda.

Item Prepoſito Decano & Capitulo *Wympinenſi* pro *Chunrado* Notario Comitis *Eberhardi* de *Wirtenberg* pro Canonicatu & prebenda.

Item in *Gmund* Auguſt. Dioc. pro *Geſa* filia *Chunradi Talberch* civis Werdenſis.

Item ad Eccleſiam *Paduanam Ottoni* dicto *Lang* Rectori in *Gundelingen.*

Item in *Elwanch* pro filio *Syfridi Dinckelſpuchlerii* pro prebenda.

Item in *Chürcheim* Abbatiſſe pro *Hiltrude* filia *Berchtoldi* dicti *Schaching* pro prebenda.

Item in *Zymmern* Abbatiſſe pro *Alheide* ſorore *Dynchelſpichelery.*

Item in *Herbipoli* ad ſanctum *Burchardum* pro *Alberto* filio *Straeberi* pro. *Defecit hic Notarius.*

Item in Eccleſia *Nuwenhauſen* pro *Richardo* filio *Emerchonis* de *Lawenſtain.*

Item in *Trieffenſtain* Prepoſito & Conventui pro *Rudgero* de *Miltenperch* ſacerdote.

Item in *Walchuſen* Prepoſito & Conventui Dioc. Patavienſ. pro *Georio* de *Praga* ſacerdote pro beneficio Eccleſiaſtico.

Item Prepoſito & Conventui monaſterii S. *Floriani* Dioc. Patav. pro *Thoma* de *Leutmariz* pro prebenda.

Item

Item in Eccleſia *Verdenſi* pro *joanne* de *Mülnbach* pro Canonicatu & prebenda.

Item Magiſtre & Conventui monaſterii ſancti *Rudperti* Moguntine Dioc. pro *Anna* filia *joannis Camerarii de Wormatia.*

Item Abbatiſſe & Conventui in *Lyeſheim* pro *Machtilde* filia *Ch.* Magiſtri Coquine dicti *Ruchenſtain.*

Item in Eccleſia *Utinenſi* Aquilegienſis Patriarchatus pro *Andrea* Notario *Gumpenbergerii* pro Canonicatu & prebenda.

Item Prioriſſe & Conventui ad *novum opus* pro *jutta* filia *Lutolfi de Ilmene.*

Item Abbatiſſe in *Ilmen* pro *Elyzabet* filia *Bercht.* de *Ilmene.*

Fol. 126. a. *ſequentia usque ad fol. 126. b. in autographo ſunt deleta.*

Item Prioriſſe & Conventui monaſterii in *Nadenberch* ordinis Premonſtratenſis Conſtant. Dioc. pro *Kataryna* filia quondam *Hermanni de Hauſen.*

Item Abbatiſſe & Conventui monaſterii in *Urſprinch* Conſtant. Dioc. pro *Anaſtaſia* filia *H.* de *Hauſen.*

Item ad Eccleſiam *Turicenſem Henrico de Oetlingen* pro Canonicatu.

Item Abbatiſſe in *Nuvenburch* pro *Rud. Plumlio* Notario Domini Regis pro beneficio Eccleſiaſtico.

Item in *Mannſe* Abbati & Conventui *Ulrico Maiſner* pro beneficio eccleſiaſtico.

Item Abbatiſſe & Conventui in *Rathuſen* Conſtantienſis Dioc. pro *Mathildi* filia *Ulrici de Alnpach.*

Item Prepoſito & Capitulo Eccleſie in *Everrach* Conſtant. Dioc. pro Domino *Ulrico* dicto *Frue* plebano in *Altorf* pro Canonicatu & prebenda.

Digitized by Google

Item Abbati & Conventui monaſterii in *Iſenen* Conſtant. Dioc. pro *Hugone* Marſchalco de *Wagekk* pro beneficio eccleſiaſtico.

Item ad Eccleſiam *Herbipolenſem* pro *Engelh.* Pincerna *de Erbach* Canonico Spirenſi pro Canonicatu & prebenda.

Item Abbati & Conventui in *Plabüren* Conſtant. Dioc. pro *Ulrico* de *Plincheim* Clerico pro monachatu.

Item Abbati & Conventui in *Alderſpach* Patavienſ. Dioc. pro *Symone* dicto *Drachſel* Clerico de Ratiſpona.

Item Abbati & Conventui in *Mure* Conſtant. Dioc. pro *Henrico* filio *Ulrici Alpermach.*

Item Abbati ſancti *Lamperti* pro Domino *Ulrico* Decano *S. Viti* Friſing. pro beneficio.

Ad ſanctam *Mariam novi Operis* extra muros *Northuſ.* pro *Berchtrada* filia *joannis de Mülhauſen* civis Erfordenſis.

Item Abbatiſſe in *Masmünſter* Baſilienſ. Dioc. pro *Henrico* de *Otling* pro beneficio.

Item ad Epiſcopum *Auguſtenſem* Domino *johanni* Capellano Domine Regine pro beneficio.

Item pro *Thoma* Notario Domini Epiſcopi Aſtavienſ. ad Abbatem *Elbazenſem* pro beneficio.

Item Abbati in *Elching* Dioc. Auguſtan. pro *Heinrico Hetzelone* avunculo *Berbot* Notarii pro beneficio.

Item Abbati in *Plabüren* Conſtant. Dioc. pro *Chunrado* ſacerdote *de Wiſenſtaig* pro beneficio.

Item Abbati in *Schwartzach* Argentinenſ. Dioc. pro *Pincerna de Erbach* Canonico Spirenſi pro beneficio.

Item Abbati in *Schwartzach* Herbyp. Dioc. pro *joanne de Lawterach* pro beneficio.

Item in *Raënſpurch* ad Altare ſancti *Viti* preſentatus *Anshelmus de Frauenfurt.*

Item

Item Prepoſito in *Solotorn* pro *Marquardo de Wört*, Dioc....

Item Magiſtre in *Sultz* Herbipol. Dioc. pro *Anna* filia *Chunradi Irrer.*

Item Abbati in *Hirſawe* Spirenſ. Dioc. pro *Pantaleone* de *Lautra.*

Item ad Eccleſiam *Mynſtrenſem* prope *Strubingam* Ratisp. Dioc. pro prebenda ſimplici.

Item Prioriſſe & Conventui in *Oberdorff* Conſtant. Dioc. pro *Alheide Fultzonis de Schiltach* filia pro prebenda.

Item Procuratoribus hoſpitalis in *Nördlingen* pro *Sifrido* filio *Sifridi Gozzaldi* pro beneficio, quod dicitur *Corporhauſen.*

fol. 126. b.

Item Abbatibus *Pebenhauſen* & *Alpersbach* pro *Hermanno* Ducis de *Teck* filio Conſtant. Dioceſis pro beneficio.

Item Magiſtre & Conventui monaſterii *Sancte Crucis* Patavienſ. Dioc. pro *Elizabet* filia *Hiltprandi* civis Ratiſponenſis.

Item Abbatiſſe & Conventui monaſterii in *Wurmſpach* Conſtant. Dioc. pro *Walthero de Schafhuſa* ſacerdote pro beneficio.

Item Decano & Capitulo *Werdenſis* Eccleſie Colon. Dioc. pro *joanne* de *Sachenrod* Clerico pro prebenda & Canonicatu.

Item ad Eccleſiam in *Terreis* pro *Henrico* Capellano Comitis *Goritie* pro Canonicatu & prebenda.

Item Abbati & Conventui Monaſterii in *Alb.* ſpirenſ. Dioc. pro *Berchtoldo* filio *Spaenlini* pro prebenda.

Item Prepoſito in *Puchsheim* pro Rud. Notario *Langenmantelii* civis Auguſtenſis.

Item Abbatiſſe & Conventui in *Erlach* Patavienſ. Dioc. pro *Sifrido* de *Patavia* pro beneficio.

Item Prepoſito in *Wenge* Conſtancienſis Dioceſis *Friderico* de *Swinnenbach* pro prebenda.

Item *Henrico Aermpach* de *Auguſta* in *Porlacum* pro prebenda.

Item ad Eccleſiam *Lautenpach* Baſilienſ. Dioc. pro *Hartmanno* filio *Philippi de Raczenhuſen* pro prebenda & Canonicatu.

Item Prepoſito Decano in *Arngaw* Herbipol. Dioc. pro *Heinrico* filio *Sulmaiſter* Civis de *Hall* pro Canonicatu & prebenda.

Item Abbatiſſe in *Söfling* ordinis S. *Clare* prope *Ulmam* Conſtant. Dioceſ. Magiſtro *Heinrico* dicto *Chumbrecht* pro beneficio.

Item ad Eccleſiam *Friſacenſem* pro *Walthero Wilberto* ſacerdote Saltzburgenſ. Dioc. pro Canonicatu & prebenda.

Ad S. Mariam *Erdfordie* Mogunt. Dioc. pro *Henrico de Winmar* pro Canonicatu & prebenda.

Item Abbati in *Wingarten* Conſtant. Dioc. pro Rud. Notario *Langenmantel* civis Auguſtenſis pro beneficio.

Item preſentacio de eccleſia parochiali in civitate *Preſſwalich* Dioc. Habelwergenſis pro *Laurencio* ſacerdote.

Item Abbatiſſe in *Gözze* Saltzburg. Dioc. pro *Chunrado* Capellano *Wulfingi* de *Goldek* de *Rabſtat* pro beneficio cum clauſula.

Item *Maſclach* Argent. Dioc. pro *Hugone* filio *Hugonis Fulle* pro prebenda & Canonicatu cum clauſula.

Item ad ſanctam *Crucem* ſanctemonial. Baſilienſ. Dioc. pro *Alheide* filia *Hugonis de Lamparcheim* cum clauſula.

Item in *Ebersheim Münſter* Argent. Dioc. Abbati & Conventui pro *Sigismundo* filio *Wilhelmi de Parr*, pro prebenda cum clauſula.

Item

Item in *Sindelſpach* Magiſtre & Conventui pro *Marta* filia *Rud. Chalbel* Argent. Dioc. cum clauſula.

Item ad Eccleſiam *S. Thome* in *Argentina* pro *Nycolao* filio *Planchlin* civis Argentinenſis pro prebenda & Canonicatu cum clauſula.

Item Abbati & Conventui in *Gerrad* pro beneficio pro *Andrea* Clerico de *Northuſen* Magunt. Dioc. cum clauſula.

Item Prepoſito & Decano Eccleſie *S. Deodati...* pro *Petro* Notario Comitis de *Vriburch* pro Canonicatu & prebenda cum clauſula.

Item ad Eccleſiam *Olmunczenſem* pro *Heinrico de Nwnburch.*

Item Prepoſito & Decano Eccleſie *S. Petri* junioris in *Argentina* pro *Petro* Notario *Chunradi* de *Vriburch* cum clauſula.

Item ad Eccleſiam *Ardacenſem* pro *Ulrico Türnagel* Notario *Hermanni de Haldenberg* pro Canonicatu & prebenda.

Item Abbati in *Ilmevelden* pro *Syfrido* Clerico Moguntino pro beneficio.

fol. 127. a.

Item Abbatiſſe & Conventui in *Rotenmunſter* Conſtant. Dioc. pro *Sophya Alberti Purſtonis* filia pro prebenda cum clauſula.

Item Prioriſſe & Conventui *S. Petri* in *Conſtancia* intra muros pro *Clara Alberti Purſtonis* filia, cum clauſula.

Item ad Eccleſiam *Metenſ. Heiſſmanno* de *Lantſperch* pro prebenda & Canonicatu.

Item Abbati & Conventui Monaſterii *in Echenpronne* prope *Gundolving.* Auguſtan. Dioc. pro *Ulrico* filio *Strutmon* civis Auguſtenſis pro monachatu.

Item Abbati in *Gengenbach* pro *joanne* filio dicti *Tachſtain* pro prebenda.

Digitized by Google

Item Abbati & Conventui in *Sturtzelbrunn* pro *Hartwico* filio *Tilmanni* Armigeri pro monachatu.

Item Priorisse in *Weizzenburch* Spir. Dioc. pro *Suſanna* filia *Henrici* de *Oterpach* pro monachatu.

Item Abbatisse in *Pawrn* pro *Gerdrudi* filia *Henrici* de *Scerbach* pro monachatu.

Item Abbati in *Salſs.* Argent. Dioc. pro *joanne* de *Spira* filio *Zurnonis* pro beneficio.

Item pro eodem Prepoſito in *Newnhauſen* Worm. Dioc. pro beneficio.

Item ad Eccleſiam *Piſanam* pro *Ottone* de *Werdea* pro Canonicatu & prebenda.

Item Prepoſito in *Slechdorf* pro *Friderico* filio *Bercht.* Prepoſiti in *Tumendorf* pro monachatu.

Item Abbatiſſe in *Schönvelt* pro ſorore *Arnoldi* de *Münnenbach* pro prebenda.

Item ad Eccleſiam *Ordorf* Mogunt. Dioceſ. pro *Alberto* dicto *Haſman* Notario Comitis de *Schwartzburch* pro Canonicatu & prebenda.

Item Abbatiſſe & Conventui in *Trawenkirchen* pro *Hermanno* Dyacono de *Patavia* pro beneficio.

Item ad Eccleſiam *Mosburgenſem* Friſing. Dioc. pro *Lupo* Capellano noſtro pro Canonicatu & prebenda.

Item Epiſcopo *Ratiſponenſi* pro *joanne* Capellano noſtro pro beneficio.

Item ad Eccleſiam *S. Andree* Colonie pro *Rudigero* Prepoſito in *Oppenheim* pro Canonicatu & prebenda.

Item *ad Gradus* Eccleſie *Marie* in *Colonia Nycolao* Capellano Domini Treverenſis pro prebenda.

Item Abbati & Conventui in *Rot* pro *Ottone* filio *Eberhardi* fabri pro monachatu.

Item

Item ad Eccleſiam *Gurnocenſem* pro *Heinrico* ſcolare Domini Electi Friſingenſis pro Canonicatu & prebenda.

Item Prepoſito in *Wayern* pro *Martino* filio *H. Raintaler* pro prebenda.

Ad Eccleſiam *Smalchalden* Decano Herbipol. Dioc. pro *Alberto* de Cher pro Canonicatu & prebenda.

Item Prioriſſe & Conventui in *Chränſwitz* Nwvenburg. Dioc. pro *Nycolao* dicto *Göretz* Notario Advocati ſenioris *de Plawben* pro beneficio.

Item ad Eccleſiam *Citzenſ.* Nwnburgenſis Dioc. pro *Ch. de Cotz.* pro Canonicatu & prebenda.

Abbas Monaſterii *Novillarenſis.* Abbas *Maurimans.* Abbas *Apermon.* Abbas *Eccenhemenſis.* Abbas in *Gengenbach*, Abbatiſſa in *Eſckawe*, Abbatiſſa in *Hohenberg*. Item pro *Rudigero* in *Wimpina* Abbas in *Mörſſmünſtert*, Abbas in *Schutter*, Abbatiſſa. Abbas montis *S. Blaſii* in nigra ſylva Conſtantienſ. Dioc.

Item Abbati in *Niweler* & Eccleſie Conventuali ibidem non ſcribatur ad petitionem *Hugonis* de *Geroltzeck*.

Item ad petitionem *Ulrici* Lantgravis Abbatiſſe in *Zandala*, in *Zeſchaw*. Abbati in *Münſtertal*, in *Zechennmünſter* non ſcribatur.

Patet ex hoc libello, nominatos fuiſſe Preciſtas ad beneficia curata & non curata, ſecularia & regularia &c.

Digitized by Google

IV.

G. ARCHIEP. MOG. NOMINE CAROLI IV. DIRIGIT PRECES PRIMARIAS AD MONASTERIVM IN SCHMERLEBACH.

Gerlacus Dei gratia ſancte Maguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius religioſis Matronis nobis in Chriſto dilectis. Abbatiſſe & conventui Monaſterii in *Smerlebach* ordinis Cyſtercienſis ſalutem in Domino ſempiternam cumglorioſiſſimus princeps & Dominus Dominus *Karolus* Romanorum ſemper Auguſtus Boemieque Rex inclitus in eorundem Romanorum Regem VI. Kal. Decembr. Anno Domini Milleſimo CCC. XLVI. in *Bunna* divina ſuffragante gratia Coronatus, eodem die, hujusmodi coronationis ſue felicis nobis concedendum duxerit & conceſſerit de Majeſtatis ſue regie benivolentia ſpeciali quod nos omnes primarias preces per noſtras civitatem & dyoceſin nec non per totam noſtram provinciam in ſingulis tam Cathedralibus quam aliis Collegiatis & Conventualibus Eccleſiis ac monaſteriis utriusque ſexus nec non ad Prelatos & quascunque alias Eccleſiaſticas perſonas tam ſeculares quam regulares, etiam ſi pontificali vel alia præfulgeant dignitate tam a jure quam de approbata conſuetudine Dominis Romanorum regibus anteceſſoribus ſuis in eorundem Coronacionis primordiis inviolabiliter obſervata; ſibi competentes porrigere valeamus, quemadmodum hujusmodi preces

ces porrigere per ſe poſſit Jus & poteſtatem dictas preces primarias porrigendi ſibi ut predicitur competentes in noſtram perſonam omni jure modo & forma quibus melius fieri potuit plenarie transferendo mandans & ſub obtentu gratie ſue diſtricte precipiens, omnibus & ſingulis prefatis prelatis & aliis quibuscumque ad quos beneficiorum Eccleſiaſticorum collacio ſeu ad eadem preſentatio pertinet ex quorum ratione dictarum primariarum precum interfuerit vel intereſſe poterit in futurum ut hujusmodi primarias preces per nos ipſis porrigendas ſine contradictione qualibet exaudiant & admittant ac ſi dicte preces per dictum Dominum Regem ipſis exhibite fuerint ſeu porrecte, Dans cum hoc & concedens nobis ſuam plenariam regiam poteſtatem ut rebelles ad exaudiendum & admittendum prefatas preces per nos porrigendas cohercere & compellere valeamus quemadmodum idem Dominus Rex facere poſſit & pro ut in talibus caſibus Roman. Reges cohercere & compellere poterant, & eciam conſueverunt volens nihilominus quod ſi per importunitatem petencium vel alio quovismodo in prefatis eccleſiis ſeu Monaſteriis ad prelatos & perſonas eccleſiaſticas predictas civitatis dyoceſ. & provincie noſtrarum primiſſarum in prejudicium conceſſionis nobis facte pro aliquo hujusmodi primarias preces porrexerit id tamquam per ſubreptionem obtentum eſſe invalidum & nullius habere debeat roboris firmitatem pro ut premiſſa patent plenius in litteris ſuis regiis ſuper eisdem confectis nobis de juſſu ſuo traditis ſigillo ſue regie

regie celſitudinis communitis. Nos igitur conceſſionem & gratiam premiſſas nobis factas ad effectum debitum deducere cupientes devotam noſtram dilectam *Dinam* natam *Conradi* dicti *Hudeler*, cujus promocionem ob probitatis morum & vite honeſtatem ſincere diligimus vobis virtute dicte conceſſionis nobis facte preſentandam duximus & preſentibus preſentamus rogantes monentes & requirentes devotionem veſtram attencius vobis nihilominus auctoritate regali prefata precipientes diſtrictius ut predictam *Dinam* ob noſtrarum imo pocius regalium primariarum precum & juris regni Romanorum Reverenciam ſpecialem in veſtram & veſtri Monaſterii recipiatis commonacham & ſororem ſibique ut alteri dicti veſtri Monaſterii Monache & Sorori de communibus proventibus provideatis ipſamque ſincera in Domino caritate pertractetis jus noſtrum vel pocius prefati ſereniſſimi regis & regni Romanorum ac prefatam bonam conſuetudinem taliter ſervaturi quod nobis veſtram obedientiam & fidelitatem ad regnum romanorum & ſuam perſonam commendantibus juramenta veſtra libertates & gratias vobis & prefato monaſterio *Smerlenbach* a ſacro imperio conceſſas, ipſum delectet non minuere ſed augere & nos eciam vos & dictum veſtrum monaſterium oportunis gratiis & favoribus proſequi merito debeamus. In cujus rei teſtimonium preſentem litteram fecimus ſigilli noſtri appenſione muniri. Datum in Caſtro *Naſſovve* anno Dni Milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo ipſa die Corporis Chriſti.

Anno

Digitized by Google

Anno ſubſequente *Carolus* Imp Diplomate VI. Id. Decembris in *Dresden* ſignato preces dedit *Sophiæ Schirmerin* ad monaſterium in *Heusdorff.* vid. *Thuringiam ſacram pag. 382.* alias executorias ſine die ſine anno vid. *apud cit. Ayrer pag. 224.*

V.

CAROLVS IV. REX ROM. DECLARAT MONASTERIVM S. AGNETIS NON ESSE OBLIGATVM AD MONACHAM VI PRECVM IMPERIALIVM RECIPIENDAM.

K*arolus* Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Boëmiæ Rex. Religioſis... Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii Sanctæ *Agnetis* Magunciæ devotis ſuis, dilectis gratiam ſuam & omne bonum.

Ut nullam perſonam in veſtram Monacham & ſororem occaſione primariarum precum noſtrarum recipiatis, Devotioni veſtræ ſpecialem damus præſentibus libertatem, prout hucusque conceſſum & obſervatum eſt a noſtris prædeceſſoribus Divæ memoriæ Imperatoribus & Regibus Romanorum, cum dictum veſtrum monaſterium, quaſi nova plantatio propter veſtram indigentiam in ſtructuris minime ſit completum. Si quis autem noſtram conceſſionem hujus libertatis infringere vel ei auſu temerario contraire præſumpſerit, indignationem noſtram ſe noverit incurſurum. Datum *Maguntiæ* An. Dom. MCCCXLIX. VI. Jdus junii. Regnorum noſtrorum anno tertio.

VI.

VI.

PRECES CAROLI IV. ROM. REGIS AD MONASTERIVM IN RAVENGIRSBVRG.

Carolus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex honorabilibus Præpoſito & conventui Canonicorum Regularium monaſterii in *Revengerſsburch* ordinis S. *Auguſtini* Mogunt. Dioc. devotis noſtris dilectis gratiam Regiam & omne bonum. Aſſumpti divinitus, quamvis inſufficientibus meritis ad culmen regiæ dignitatis licenter perſonas Eccleſiaſticas promovemus ipſisque gratiam a Deo collatam gratioſius impartimur. Cum itaque nobis tam de jure quam antiqua & approbata conſuetudine a divis Romanorum Imperatoribus & Regibus prædeceſſoribus noſtris hactenus obſervata competat, quod ex coronationis noſtræ ſolemniis ad Romanorum Regnum, quæ in nobis nutu divino dudum ſunt completa in quolibet monaſterio in Imperio conſtituto unam tantum perſonam virtute primariarum precum noſtrarum ad beneficium eccleſiaſticum facere poſſimus promoveri; hinc eſt, quod pro dilecto nobis *Petro Conradi* de *Dylle* presbytero devoto noſtro dilecto vobis primarias dirigimus preces noſtras, devotionem veſtram attento ſtudio inquirimus & hortamur, vobis nihilominus per regalia ſceptra mandantes, quatenus præfato Petro aut ipſius procuratori ac nomine & vice ipſius de beneficio eccleſiaſtico cum cura vel ſine cura, quod vacat ad præſens vel quod primum vacaverit ad veſtram præſen-

ſentationem, collationem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem ſpectans, in quacunque diœceſi aut Moguntina aut Treverenſi aut aliis quibuscumque diœceſibus hujusmodi beneficium conſtitutum fuerit, autoritate & virtute primariarum precum noſtrarum providere debeatis, quavis contradictione ceſſante, dummodo vobis pro alia perſona prius non direxerimus preces noſtras, jus noſtrum & dictam conſuetudinem in præmiſſis nobis taliter ſervaturi, prout jura, gratias & liberalitates vobis & dicto veſtro monaſterio a divis Romanorum Imperatoribus & Regibus prædeceſſoribus noſtris datas & conceſſas nos delectet non minuere ſed augere, præſentium ſub noſtro Majeſtatis ſigillo teſtimonio litterarum. Datum *Spiræ* Anno Domini MCCC L. tertio Indictione ſexta VI. Kal. Decembris Regnorum noſtrorum Anno octavo.

Harum exemplar precum *Goldaſtus Conſtit. Imper. Tomo I. pag. 343. Ant. Mathæi de nobilit. lib. 2. c. 48. pag. 747.* & Adam. *Cortrejus Obſervat. ad concord. nat. Germ. c. 2. n. 32.* inſeruit.

VII.

CAROLVS IV. IMPERATOR DECLARAT. MONIALES S. AGNETIS NON TENERI VI PRECVM IMPERIALIVM ADMITTERE SOROREM, PRO HAC VICE DVNTAXAT.

K*arolus* quartus divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Boëmiæ Rex Religioſis ... Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii

ſterii *S. Agnetis* Maguntinenſis devotis noſtris dilectis gratiam ſuam & omne bonum.

Cum dudum ut meminimus ſub Regio noſtro ſigillo vos exemorimus & liberaverimus, quod nullam perſonam occaſione primariarum precum noſtrarum in veſtram ſororem vel conmonacham deberitis recipere (ſicut in noſtris litteris regiis deſuper traditis plenius continetur) adeoque habitu reſpectu ad veſtræ devotionis conſtantiam & ad impenſas multimodas in ſtructuris veſtri monaſterii de novo factas & in antea ad laudem omnipotentis Dei, genitricis ejus *Mariæ*, & Beatæ *Agnetis* utiliter faciendas de innatæ benignitatis Clementia vobis de ſpeciali gratia concedimus & tenore præſentium indulgemus, quod hac vice duntaxat ad receptionem quarumcunque perſonarum debeatis minime teneri vel conſtringi occaſione precum noſtrarum Imperialium, ſi per inadvertentiam vel oblivionem quibusvis perſonis traditæ ſint vel conceſſæ. Nolumus tamen per hujusmodi noſtram gratiam ſeu indulgentiam vobis, ut præſcribitur factam, noſtris ſucceſſoribus & Romano Imperio in ſuis juribus & obſervatis conſuetudinibus præjudicium aliquod generari. Nulli autem hominum liceat hanc noſtræ conceſſionis & exemptionis gratiam infringere vel quovis auſu temerario contraire. Si quis autem ipſam infringere præſumpſerit, eo ipſo noverit ſe indignationem graviſſimam incuriſſe. Datum *Aquisgrani* Anno Dni MCCC. quinquageſimo ſeptimo, Indictione decimà, iiij. Kal. junii,

Reg-

Regnorum noſtrorum anno undecimo Imperii vero tertio.

VIII.

K. IMP. DE GRATIA EXPECTATIVA APOSTOLICE PROVISVM COMMENDAT DECANO ET CAPITVLO S. BARTHOLOMÆI FRANCOFORDIENSI.

K*arolus* Quartus Divina favente clemencia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Boemie Rex.

Devoti dilecti cum alias dilecto nobis *johanni de Frankenfordia* Capellano devoto noſtro de Canonicatu ſub expectatione prebende in Eccleſia veſtra a ſede Apoſtolica ſit proviſum prout in litteris Apoſtolicis deſuper confectis plenius continetur, cumque ratione probitatis meritorum & magne virtutis conſtancie quibus apud noſtram celſitudinem fide dignorum commendatur teſtimonio ad promocionem ipſius graciofius meditemur, devocionem veſtram affectuoſe requirimus & hortamur quatinus eundem *johannem* virtute hujusmodi gracie Apoſtolice ad ſingularem eciam noſtre Majeſtatis honorem in Canonicum & fratrem veſtrum ſeu dicte veſtre eccleſie ſine impedimento quolibet velitis recipere, ſibique prebendam quam primum eandem vacare contigerit aſſignare, talem in eo nobis facientes complacenciam cujus apud vos & pre-

prefatam veſtram Eccleſiam reminiſci volumus dum & quociens per vos ſeu veſtro nomine fuerimus requiſiti. Datum *Karlſtein* die XIX. menſis Octobris Regnorum noſtrorum Anno duodecimo Imperii vero tercio.

Inſcriptio.

Honorabili Decano & Capitulo Eccleſie Sancti Bartholomei Frankenfordenſis Devotis noſtris dilectis.

Originale aſſervatur in prædicta Eccleſia.

IX.

W. REX ROM. RVPERTO COM. PAL. CONCEDIT FACVLTATEM DISTRIBVENDI PRECES PRIMARIAS PER DIOECESES SPIRENSEM ET WORMATIENSEM.

W*enceslaus* (*a*) Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex Illuſtri *Ruperto* Seniori Comiti Palatino Rheni ſacri Imperii Archidapifero, Bavariæ Duci, Principi & conſanguineo noſtro chariſſimo, gratiam noſtram & omne bonum. Etſi ad quoslibet ſacri Romani Imperii fideles munificentiæ noſtræ gratiam libenter extendimus, ad illos tamen præcipue, in quibus ſanguinis identitatem cognoſcimus & fidei puram conſtantiam invenimus. Igitur nos integram & inviolabilem fidei firmitatem & devotionis affectum, quos ad noſtram perſonam & ſacrum Romanum regnum

&

& Imperium habere dinoſceris, favorabiliter attendentes & de ſpeciali celſitudinis noſtræ benevolentia concedendum duximus & concedimus per præſentes, quod tu omnes primarias preces ratione noſtræ coronationis in Romanum Regem hodie videlicet die ſexta menſis julii *Aquisgrani* divina favente Clementia ſolenniter ſuſceptæ, per civitatem & diœceſim ſpirenſem & Wormatienſem tam de jure quam ab antiqua conſuetudine Divis Romanorum regibus noſtris anteceſſoribus & nobis competentem porrigere valeas & debeas in ſingulis tam Kathedralibus quam collegiatis & conventualibus eccleſiis & monaſteriis utriusque ſexus tam ſecularium quam regularium perſonarum, nec non ad prælatos & alias perſonas eccleſiaſticas quascunque etiamſi Pontificali vel alia præfulgeant dignitate in dictis civitatibus & diœceſibus, ſicuti easdem preces per nos porrigere poſſemus, jus & poteſtatem porrigendi hujusmodi preces nobis competentes in tuam perſonam omni modo, forma & jure, quibus melius fieri poterit, plenarie transferendo; Et ſi divina nobis ſuffragante gratia ad apicem Imperialis culminis fuerimus ſublimati, volumus & tibi favorabiliter concedimus tenore præſentium, quod tu preces primarias ratione ſuſceptionis Imperialis coronationis nobis competentes etiam porrigere valeas & debeas in ſingulis eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis & monaſteriis & apud Prælatos & quascunque alias perſonas eccleſiaſticas ſeculares & regulares dictarum civitatum & diœceſum omni modo, forma & jure, ſicut de prima-

riis precibus ratione regiæ coronationis noſtræ ſuperius eſt expreſſum; Mandantes ſub obtentu noſtræ gratiæ nec non ſub pœna privationis omnium & ſingulorum privilegiorum, jurium & gratiarum & libertatum, quæ & quas a divis Romanorum Imperatoribus & Regibus prædeceſſoribus noſtris obtinere dinoſcuntur, diſtricte præcipientes omnibus & ſingulis Epiſcopis, Prælatis, Capitulis, Conventibus & perſonis eccleſiarum & monaſteriorum præfatorum & aliis quibuscumque prædictarum civitatum & diœceſum, ad quos canonicatuum & præbendarum, dignitatum, perſonarum & officiorum ſeu beneficiorum collatio, præſentatio ſeu receptio pertinet & quorum ratione dictarum primariarum precum intererit vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum quatenus dictas primarias preces, per te ipſis porrigendas cum promptitudine admittant, ſicut tenentur ac ſi per nos eis forent exhibitæ ſeu porrectæ, Dantes & concedentes tibi præſentibus plenariam poteſtatem, ut rebelles tibi in præmiſſis ſi qui ſunt vel erunt, ad admittendum & exaudiendum dictas preces auctoritate regali & etiam Imperiali compellere & cohercere per te & alios valeas, quemadmodum nos facere poſſemus & prout Romanorum Imperatores & Reges in talibus caſibus cohercere & compellere poterant & etiam conſueverunt, Nec preces hujusmodi in dictis Eccleſiis & diœceſibus in præjudicium dictæ Conceſſionis per nos tibi factæ pro aliquo porrigemus; & ſi propter importunitatem petentium vel alio quovis modo per nos ſecus factum fuerit, noſtras

ſtras preces primarias pro aliquo noſtris litteris porrigendo, volumus quod tales litteræ tanquam per ſubreptionem obtentæ invalidæ ſint nec aliquam obtineant roboris firmitatem, præſentium ſub regiæ Majeſtatis noſtræ ſigilli teſtimonio litterarum. Datum *Aquisgrani* Anno Domini M. CCC. LXXVI. in octava beatorum *Petri & Pauli* Apoſtolorum, regnorum noſtrorum Anno Bohemiæ XIII. Romani vero primo.

Diploma hoc exhibet *Toelnerus in hiſtor. palat. Codic. Dipl. n. 148. Goldaſt. Conſtit. Imper. Tom. I. pag. 375.*

(*a*) *Wenceslaus* electus Rex Romanorum anno 1376. ſucceſſit *Carolo* IV. parenti ſuo an. 1378. depoſitus die 20. Auguſti 1400. obiit 16. Auguſti 1419.

Diploma Wenceslai R. R. quo clauſtrum S. *Catharinæ* in Oppido Francofordenſi a precibus primariis exemit vid. apud *Senckenberg ſelect. j. & H. Tom. I. pag. 155.*

X.

PRIMÆ PRECES RUPERTI ROM. REGIS.

R*upertus* (*a*) Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, venerabilibus & religioſis, Abbati & Conventui Monaſterii *S. Albani* extra muros Maguntinos ordinis *S. Benedicti*, devotis noſtris dilectis gratiam regiam & omne bonum. Sicut de jure & conſuetudine approbata ſacri Romani

 ni

ni Regni hactenus extitit obſervatum, quod Romanorum Reges, ſacris coronis regiis receptis, ex coronationis eorum ſollempniis in ſingulis Eccleſiis & Monaſteriis, apudque perſonas Eccleſiaſticas, religioſas, & ſeculares, etiam prelationis titulo ſublimatas, ſuper unius idonee Perſone petère habeant proviſione, ac cum promptitudine qualibet exaudiri predeceſſorum, igitur noſtrorum dive Memorie veſtigiis inhærentes, ex quo divina hoc ordinante Clementia coronam ſuſcepimus regiam, ſolium aſcendentes ſacre Romanorum Regie dignitatis, devotioni veſtre, pro fideli noſtro dilecto, *Gotfrido Sivren* presbitero Trever. dioceſis, Notario Theolonii noſtri in *Bacharach*, porrigimus primarias preces noſtras. Vos requirentes attentius, & Monentes, quatenus predicto *Gotfrido*, ob noſtri & ſacri Romani Regni jurium conſervationem, & primariarum precum noſtrarum reverentiam, beneficium, cum cura vel ſine cura, Communiter vel diviſim, ad veſtram pertinens Collationem, vacans pro nunc, vel proxime vacaturum, cum omnibus & ſingulis ipſius juribus, honoribus & emolumentis conferatis, ſeu prefatum *Gotfridum* ad ipſum beneficium Si preſentare habetis, preſentetis, modis, formis & ſollempnitatibus in his fieri conſuetis. vos exhibentes in premiſſis adeo liberaliter, ut ob inde ſentientes, vos noſtra ac ſacri Romani regni jura cum devotione promovere, veſtris & Monaſterii veſtri predicti commodis & honoribus ampliandis, gracioſius intendamus.

Harum,

Digitized by Google

Harum, ſub noſtre Regie Majeſtatis appenſione teſtimonio Litterarum. Datum Amberg prima die menſis Aprilis 1 Anno Domini MCCCCI. Regni vero noſtri anno primo.

Extant apud L. B. *de Gudenus Tom. IV. pag.* 1.

(*a*) *Rupertus* Romanorum Imperator electus an. 1400. Coronatus eſt an. 1401. mundum reliquit die 18. Maji 1410. ſucceſſit *Sigismundus* anno ſubſequente.

De *Sigismundo* Imp. notat *Joannes Gobelinus* Decanus in *Bilenvelde*, quod tempore Concilii Conſtantienſis quando in *Johannem* Pont. lata fuit depoſitionis ſententia, *Rex dedit gratias ad beneficia Eccleſiaſtica expectativas ſub illo colore, quod de conſuetudine antiqua haberet PRIMARIAS PRECES in qualibet collatione beneficiorum ad Eccleſiaſticas perſonas ſpectante, & licet conſuetudo illa in memoria hominum in inferiori Germania non fuit, plures tamen eo modo beneficia fuerunt aſſecuti.*

Exemplar autem harum *Sigismundi* precum in ſcriniis Eccleſiarum hujus tractus reperire necdum licuit.

Idem *Sigismundus* a Patribus Concilii Baſileenſis an. MCCCCXXXVII. petiit ut privilegio & conſuetudine conferendi preces libere uti valeat, cui petito per ſequens Decretum XII. Kalend. Octobris ſignatum a Concilio delatum fuit. cum vero elapſis abhinc menſibus octava videlicet vel nona Decembris ejusdem anni moreretur Imperator, facile apparet, cur hujus juris exercitium fuerit impeditum.

XI.

DECRETVM *CONCILII BASILEENSIS* SVPER JVRE PRIMARIARVM PRECVM AD *SIGISMVNDVM* IMP. TRANSMISSVM.

Sacroſancta Generalis *Synodus Baſilienſis* in Spiritu ſancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiæ repræſentans Chariſſimo Eccleſiæ filio *Sigismundo* Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, ac Hungariæ Bohemiæ, Regi Illuſtriſſimo ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem, dum in mentis noſtræ arcano revolvimus ac diligenti conſideratione penſamus operoſæ ſollicitudinis ſtudia, continuatosque labores pro divini numinis gloria, exaltatione Catholicæ fidei, conſervanda eccleſiæ unitate ac profectu fidelium animarum per prædeceſſores tuos, & te indefeſſe ac deſinenter impenſos, tanta ex his opportune & feliciter geſtis cordi noſtro lætitia naſcitur, ut ea negare, quæ concedenda depoſcis minime valeamus. Meminimus enim ex prædeceſſoribus tuis conſtantinum virum Religioſiſſimum primum veritatis fidem patentes adeptum licentiam, dediſſe per univerſum orbem ſuo degentibus Imperio non ſolum fieri Chriſtianos, ſed etiam eccleſias fabricandi, & illis prædia poſſe tribui, denique Idem princeps donaria immenſa Eccleſiæ contulit, & fabricam templi primæ ſedis beati *Petri* Apoſtoli inſtituit, adeo ut ſedem imperialem relinqueret, & beato *Petro* ſuisque ſucceſſoribus profuturam concederet, non juſtum arbitrans, ut

ut ubi ſacerdotii principatum, & Chriſtianæ religionis caput Imperator cæleſtis inſtituit, illic terrenus Princeps habeat poteſtatem. Novimus quod cum antecedentibus ipſorum annis hæreticorum perſecutione fervente Chriſti fidelibus docendorum plebum minime daretur facultas, quia non erat Epiſcopis licentia, in unum conveniendi, ipſe primus Imperator facultatem dedit Chriſtianis libere congregari, poſt quod ſancti Patres ſe omnium terrarum orbe convenientes inter ſe, Nicenum concilium celebrarunt, unum ex ſynodis quatuor, quæ velut quatuor Evangelii libros Catholica amplectitur & veneratur eccleſia, ex his patenter inſurgit hujus glorioſiſſimi Principis opera noſtram fidem orthodoxam incrementa ſumpſiſſe ſanctam Romanam Eccleſiam Imperiali patrimonio extitiſſe dotatam, ac per orbem undique dilatatam, quæ autem & quanta alia magna beneficia ſint ab aliis Romanis Imperatoribus ejus ſucceſſoribus, tuis veris prædeceſſoribus in ipſam eccleſiam collata & quid tandem per Te tuorum prædeceſſorum veſtigia imitantem pro conſervatione unitatis eccleſiaſticæ actum fuerit, fidelium nullus ignorat. Solerti enim opera ac vigilantiſſima cura tua peſtiferum olim ſchiſma in Dei eccleſia ortum non quidem recens, ſed antiquum ſatis non levibus, ſed ſupremis onuſtum periculis, cum ex eo Chriſtianitas varias ſciſſa eſſet in partes, unum eccleſiæ corpus, plura videretur habere capita, quaſi monſtrum Dei favente Clementia tuo diligenti ſtudio in Conſtantienſi concilio funditus manſit extinctum, unde præ-

ciſis radicitus diſſidiorum vepribus tuo auxilio confractæ ac ſciſſæ eccleſiæ unitas fuit reſtaurata pacis tranquillitas viguit, animorum Chriſti fidelium innovata fuit, idenditas & cum defenſor & advocatus voçaris eccleſiæ ita egiſti, ut nomini opera jugiter impenſa convenirent, & ut hæc ageres, impendiis minime peperciſti, noviſſimæ huic ſanctæ Baſil. ſynodo tuos ſolitos ac Dei eccleſiam favores impendere non deſiſtis, a primordio enim naſcentis hujus ſacri concilii illud tuo monimine eſt tutatum, illud tuis favoribus & auxiliis in ſoliditate firmiſſima conſervatum, attendentes igitur quod eccleſiæ utilitatibus deſervientes eccleſiaſtica digni remuneratione gaudere, digneque juris proviſionibus conſolari, ſane pro parte tuæ celſitudinis nobis oblatæ petitionis ſeries continebat, quod licet ex privilegio antiqua & approbata, ac ab olim laudabiliter conſervata conſuetudine comprobato, Rom. Reges ac Imperatores tui prædeceſſores poſt ipſorum ſuſceptas per eos regales & Imperiales Infulas ſingulis collatoribus & collatricibus, capitulis, collegiis, & conventibus per ſacrum Rom. Imperium ubilibet conſtitutis pro unico beneficio eccleſiaſtico cum cura vel ſine cura, etiamſi canonicatus & præbenda in Metropolitan. aut Cathedralibus ſeu collegiatis eccleſiis foret, ad eorundem collatorum, collatricum, capitulorum, collegiorum, & conventuum collationem, proviſionem præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, communiter vel diviſim pertinente, pro ſingulis perſonis bene meritis & habilibus, quas

ad

ad hoc ducerent eligendas, ſuas preces ſive nominationes primarias dirigere, ac collatores ac collatrices, capitula, collegia & conventus hujusmodi preces ſeu nominationes, ſive perſonas easdem, pro quibus illac fiebant & porrigebantur, ac beneficia hujusmodi earundem precum obtentu admittere, ac ſedes Apoſtolica & Roman. Pontifices, qui fuerunt pro tempore, ipſis Roman. Imperatoribus & Regibus pro ipſarum precum debita executione & implemento abſiſtere, atque favere conſueviſſent, tamen poſtmodum, ſicuti diſplicentes nobis exponi feciſti propter gratias expectativas, aliasque proviſiones & reſervationes apoſtolicas hactenus inductas ac varias derogationum, vel irritantis Decreti clauſulas in ſe continentes, nonnulli ex dictis Romanis Regibus & Imperatoribus tuis prædeceſſoribus, ſæpius fruſtrati fuerint, prout & tua ſerenitas precum ſeu nominationum hujusmodi hucusque fruſtrata eſt effectu in ſacri Imperii, dictique Imperialis privilegiis & conſuetudinis jurisque reſultantis ex illis detractionem ac Læſionem, non modicam pariter & offenſam paſſa, quare ipſa celſitudo tua a Nobis inſtantius poſtulavit, ut ſerenitati tuæ Imperiali, aliisque Romanis Imperatoribus ac regibus ſucceſſoribus tuis canonice intrantibus, pro privilegii & conſuetudinis hujusmodi conſervatione opportune conſulere curaremus: Nos igitur ob præmiſſorum tuorum Imperatorum & Regum Romanorum ac tuæ celſitudinis merita digne memoranda, poſtulationibus tuis hujusmodi favorabiliter inclinati volumus & autoritate univer-

ver-

verſalis eccleſiæ tenore præſentium ordinamus, quod ex nunc Cæſarea Maj. tua, ſemel tantum quoad vixerit, nec non ſinguli alii Romani Reges & Imperatores, qui ex nunc in antea fuerint, canonice tamen intrantes Privilegio & conſuetudine Imperial: hujusmodi quoad preces ſive nominationes, ut præfertur faciendas perpetuis futuris temporibus libere & plenarie uti & gaudere poſſint & valeant, ita videlicet, quod ſinguli Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & cujuscunque ſtatus, præeminentiæ vel dignitatis collatores & collatrices, nec non collegia, Capitula & conventus eccleſiarum & monaſteriorum quorumcumque ſubditione ipſius imperii ubilibet conſtituti quascunque perſonas bene meritas maxime in ſacra pagina magiſtros vel baccalaureos ſeu in altero jurium graduatos aut in medicina vel artibus etiam magiſtros ſeu alias per executores pro tempore ad hoc deputatos examinandas, & juxta beneficiorum, ad quæ pro iisdem perſonis nominationes fient aut preces dirigentur, qualitatem idoneas & ſufficientes repertas, etiam unum duo vel plura beneficium ſeu beneficia, eccleſiaſticum ſeu eccleſiaſtica, quæcumque obtinentes vel expectantes, quamlibet videlicet perſonarum, pro quibus preces aut nominationes ipſæ pro tempore factæ fuerint ut præfertur in ſingulis eccleſiarum, collegiorum, conventuum & collationum hujusmodi ad unicum beneficium eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura, etiamſi canonicatus vel præbenda in Cathedrali etiam Metropolit. vel collegiata eccleſia fuerit, ſi quod tunc

vel

Digitized by Google

vel poſtea vacaverit, & quod quælibet earundem perſonarum, juxta literarum pro ea pro tempore ſcriptarum formam infra unius menſis ſpatium ad captandum duxerit, & de quo ei per executores ſuarum literarum, vel ab eis ſub executores pro tempore deputatos proviſum fuerit, prout ad ſingulos eorundem Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Collatorum, collatricum, Capitulorum, Collegiorum & conventuum communiter vel diviſim pertinuerit, recipere & admittere, quos etiam ſingulas per eosdem executores & ſubexecutores ad id faciendum per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compelli & conſtringi volumus, ſine difficultate vel contradictione quibuslibet debeant & teneantur, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, nec non eccleſiarum in quibus hujusmodi beneficia, forſan fuerint etiam juramento, confirmatione apoſtolica & conſuetudinibus cæterisque contrariis quibuscunque, aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis, de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus generales vel ſpeciales dictæ ſedis vel legatorum ejus literas impetraverint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum vel procedi contingat in futurum, quibus omnibus etiam auctoritate apoſtolica & motu proprio vel alias, ſub quacunque forma vel expreſſione, verborum gratiis indultis, prærogativis, privilegiis & ante lationum clauſulis, ſeu viritantibus ſecretis beneficia hujusmodi expectantibus a dicta ſede quibusvis

per-

perſonis, quoquomodo conceſſis, ſeu impoſterum concedendis, etiamſi clauſulas expreſſe dictis, precibus, derogatoriis, etiam eas ſpecifice & expreſſius nominando continerent prædictas perſonas, pro quibus preces vel nominationes hujusmodi, pro tempore ut præmittitur dari contigerit, ſi preces vel nominationes præfatæ antedictis ordinariis vel collatoribus priusquam eis de acceptatione, nec non proviſione, ſi quas obtentu gratiarum expectativarum hujusmodi fieri contigerit, legitime conſtiterit, ipſis publicatæ & intimatæ extiterint in aſſecutione beneficiorum hujusmodi volumus anteferri, nec non literas gratiarum expectativarum ac reſervationum ac proceſſus earum vigore habitos pro tempore, & omnia inde ſecuta ad beneficia ipſa per dictas perſonas pro tempore, acceptata expreſſe volumus, ullatenus non extendi, quin imo ipſis quo ad preces ſeu nominationes hujusmodi dicta auctoritate peritus derogamus, & derogari volumus per præſentes, ſeu ſi ordinariis & capitulis præfatis, vel quibusvis aliis communiter vel diviſim a dicta ſede vel alias ſit indultum, ſeu indulgeri contingat, quod ad receptionem ſeu proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, quodque de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri, per literas quascunque non facientes, plenam & expreſſam, ac de verbo ad ver-

verbum de indultu hujusmodi mentionem & quibuslibet aliis gratiis, antelationibus prærogativis, ac indultis per ipſam univerſalem eccleſiam aut dictam ſedem etiam motu prædicto, perſonis, capitulis, collegiis, conventibus & univerſitatibus quibusvis, cujuscunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis aut præeminentiæ fuerint. ſub quacumque verborum forma, & quibuscumque clauſulis derogatoriis, datis & conceſſis hactenus & dandis imposterum ſeu concedendis, nec non aliis dictarum eccleſiæ & ſedis indulgentiis generalibus & ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat, quomodolibet vel differri, & de quibus, quorumque dotis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, aut ſi dictæ perſonæ præſentes non fuerint, ad præſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus eccleſiarum, in quibus hujusmodi beneficia fuerint, ut præfertur, ſolita juramenta, dummodo in abſentia ſua per procuratores idoneos, & cum ad eccleſias ipſas acceſſerint corporaliter illa præſtent, volumus autem quod preces ſive nominationes hujusmodi pro talibus porrigantur ſeu fiant perſonis quarum qualitas eccleſiarum ad quas dirigentur, ſeu fient ſtatutis & conſuetudinibus, non repugnet, quodque pro ſimplicibus non graduatis concedendæ preces ſeu nominationes hujusmodi ad curata beneficia ultra tria millia communicantium habentia te non extendant, & quod collatores & collatrices ultra quinque beneficia ec-

cle-

Digitized by Google

cleſiaſtica conferre, aut de eis diſponere non habentes cum precibus ſeu nominationibus hujusmodi, niſi ultronei, voluerint non arctentur, ſuper taxa vero pro literis precum ſeu nominationum hujusmodi extrahendis in Cancellaria Cæſarea perſolvenda reputamus honeſtum, ut iſta juxta illam limitetur, quæ per hoc ſacrum concilium literis de Romana curia ſuper conferendis inibi beneficiis apponetur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ voluntatis & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Univerſalis Eccleſiæ ſe noverit incurſurum. Dat. *Baſileæ* 12. Kal. Octobr. Anno a Nativitate Domini Milleſimo quadringenteſimo Trigeſimo ſeptimo.

Sigismundo Imp. ſucceſſit *Albertus II.* Rex Rom. 27. Junij 1438. coronatus. Obiit 27. Oct. 1439. Neque in Archiviis aſſiduitate ſumma quæſitæ preces *Alberti* reperiri hucusque poterant, ex quo dubium oritur: utrum porrectæ fuerint Eccleſiis in illo turbido Germaniæ ſtatu, nec ne?

XII.

MANDATVM PROCVRATORIVM INSINVANDI PRECES FRIDERICI III. ROM. REGIS CAPITVLO S. ALBANI MOGVNT.

In nomine Domini Amen Anno a nativitate ejusdem Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſecundo Indictione quinta die vero Martis ſecunda Men-

Menſis januarij hora prima poſt meridiem vel quaſi pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Domini noſtri *Eugenij* divina providentia pape quarti anno ejus undecimo In mei notarii teſtiumque infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum preſentia perſonaliter conſtitutus honorabilis vir Dominus *Johannes Ferwer* ſecretarius Reverendiſſimi in Chriſto patris & Domini Domini *Theoderici* Archiepiſcopi Magunt. omnibus melioribus via modo Jura cauſa & forma quibus melius & efficacius potuit & debuit fecit conſtituit creavit ac ſolemniter ordinavit in ſuos veros certos legittimos & indubitatos procuratores factores ac negotiorum ſuorum geſtores ac nuntios ſpeciales & generales Jta tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget nec econtra honorabiles & diſcretos viros Dominos *Magiſtrum Bertoldum Slotheym* Dominum *Heylmannum Bariſge* Dominum *Conradum Coci* vicarios eccleſie Magunt. *Heynricum Ficking* & *Hermannum Strobut*, abſentes tamquam preſentes & quemlibet eorum inſolidum Jta tamen quod non ſit melior conditio occupantis nec deterior ſubſequentis ſed quod ipſorum unus inceperit alter eorundem id proſequi valeat, mediare atque finire ad preſentandum intimandum inſinuandum ac notificandum nomine dicti Domini conſtituentis & pro eo venerabilibus & circumſpectis viris Dominis prepoſito Decano ac toti capitulo eccleſie Sancti *Albani* extra muros Magunt. nec non omnibus & ſingulis quibus de jure vel conſuetudine preſentatio intimatio inſinuatio ſeu notificatio hujusmodi fa-

Digitized by Google

cienda fuerit non nullas ſereniſſimi & inviĉtiſſimi principis & Domini Domini *Frederici* (*a*) Romanorum regis ſemper Auguſti literas primarias ſuas preces ad prefatos prepoſitum Decanum & Capitulum de & ſuper proxime vacaturo beneficio eccleſiaſtico cum cura vel ſine cura etiam ſi canonicatus & prebenda fuerint ad collacionem preſentacionem proviſionem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem prefatorum Prepoſiti Decani & Capituli communiter vel diviſim Spectantes & pertinentes pro dicto Domino conſtituenti factas in ſe continentia nec non ad monendum & requirendum dictos prepoſitum Decanum & Capitulum ut ad dictarum litterarum primariarum precum procedant executionem juxta tenorem ac continentia earundem unicuique vel plures procuratorem ſeu procuratores loco ſui ſubſtituendi ac onus procurationis hujusmodi in ſe reaſſumendum tociens quociens opus fuerit & ſibi viſum fuerit expedire nec non ad acceptandum & ſibi provideri faciendum de quocumque beneficio ſub hujusmodi literis quomodolibet cadenti jurandum ſtatuta & conſuetudines poſſeſſionem petendi adipiſcendi & generaliter ad omnia alia & ſingula facienda gerenda dicenda & exercendaque in premiſſis neceſſaria fierent ac quomodolibet oportuna & que ipſe conſtituens met faceret & facere poſſet, ſi premiſſis per ſe & perſonaliter intereſſet, etiam ſi talia fuerint que mandatum exigant, ſpeciale promiſitque mihi notario publico infraſcripto ſolempniter ſtipulanti & recipienti vice & nomine omnium & ſingulorum quorum

rum intereſt, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum ſe totum id & quidquid per dictos ſuos actores factores ac negotiorum geſtores aut ſubſtitutos vel ſubſtituentes actum dictum geſtum procuratumve fuerit ratum gratum firmum ac perpetuo habiturum ſub ypoteca & obligatione omnium bonorum ſuorum preſentium & futurorum ſuper quibus omnibus & ſingulis Idem Dominus conſtituens ſibi a me notario infraſcripto unum vel plura publicum ſeu publica fieri petiit Inſtrumentum vel inſtrumenta tot quot fuerint neceſſaria & oportuna. Acta ſunt hec *Maguntie* In Domo habitationis *zcu Meydeburg* wulgariter nuncupata apud eccleſiam Sancti *Johannis* ibidem ſitis anno die menſe hora & pontificatu quibus ſupra preſentibus ibidem diſcretis ac honeſtis viris Domino *Johanne Kogel* in eccleſia Magunt. perpetuo vicario & *Johanne Hoffman* clerico herbipolenſ. dioceſis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et Ego *Conradus Geiſmar* Clericus Paderborn: Dioceſis publicus Imperiali auctoritate notarius ſancteque Maguntine ſedis cauſarum ſcriba juratus quia dictorum procurationis nominationis vocationis & conſtitutionis, Omnibusque aliis & ſingulis premiſſis dum ſic ut premittitur fierent & agerentur una cum prenominatis teſtibus preſens fui Eaque omnia & ſingula ſic fieri & audivi Ideo preſens publicum inſtrumentum per alium fidelem me aliis arduis prepedito negotiis fideliter ſcriptis exinde confeci ſubſcripſi & in hanc publicam formam

redegi ſignoque & nomine meis ſolitis ſignavi in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum rogatus & requiſitus.

(*a*) *Fridericus III.* Electus eſt Imperator ſecunda Februarii 1440. viam univerſæ Carnis iniit 19. Auguſti an. 1493.

Notari meretur, quod Imperator *Fridericus* ab *Eugenio IV.* PP. ante inita Concordata impetraverit indultum nominandi perſonas habiles & idoneas ad centum beneficia. videatur Indultum *Nicolai V.* Pont. infra poſitum de anno MCCCCLIV.

Poſt inita Concordata *Fridericus* pro indulto ſupplicat, idemque a *Nicolao V.* impetrat an. 1451. Anno tandem 1454. novum obtinet indultum concordatis derogatorium ab eodem Pontifice. Quæ omnia dein *Calixtus III.* ſpeciali Bulla anno MCCCCLV. Kalendis Octobris *Romæ* data confirmat.

XIII.

MANDATVM TH. ARCH. E. MOG. EXECVTORIS PRECVM AD CAPITVLVM FRIDESLARIENSE.

T*heodericus* Dei gratia Archi Epiſcopus Maguntinus &c.

Unſern gruſs zuvor Erſamen lieben andechtigen, Wir laſſen uch wiſſen, das unſer allergnedigiſter her der Romiſch Kunig dem erſamen *Heinrico Lupi* Licentiato in geiſtlichen rechten unſerm diener lieben andechtigen und getruwen umb un-

ſer bete willen ſine Kunigliche *primarias preces* uf uch und uwern ſtift ad Canonicatus & prebendas gnediglich gegeben und verliehen hat, nach uſſwiſunge ſolicher Kuniglichen briewe, ſo darob derſelbe heinricus ader ſine procuratores von ſinen wegen uch furbrengen und inſinuiren werden, Want jre nu uſſ ſolichen brieven wol verſteent, das unſer gnedigiſter herre der Kunig vorgenant uns dem obgenant *heinrico* pro executore geben und uns bevolhen hat, ime darzu forderlich zu ſin, nachdem wir ime dann gutes wol gonnen und gunſtige Forderunge gern erzeigen wolten als dann wol billich iſt, hirumb ſo bevelhen wir uch den megenant heinricum mit ganzem fliſs underniſte fruntlich bittende, das jr jne umb unſers herren des Kuniges gnade und unſer fliſſiger bete willen zu der Schierſt verledigeten phrunde Jn uwer Kirchen die er ader ſine procuratores von ſinen wegen annemen wollen und uch darumb erfordern werden, gunſtlich fur eynen iglichen andern zu laſſen und keinen intruſum geben wollen, daran erzeigt ir unſerm gnedigiſten herren dem Kunige billiche und dangbere gehorſamkeit undere und uns ſolichen dangnemen willen das wir uch des nit vollen ſchriben konnen und wir wollen auch das gen uch und uwerm ſtift in allem guten gern gnediglich erkennen und bedengken, So tzwiveln wir auch nit der egenant heinrich mage üch und uwern ſtift mit lobelichen und treflichen ſinen dienſten und vernunft wol nutz und behegelich werden und was er unſers herren des Kuniges gnade und unſer be-

 te

te herjnn gen uch genyeſſen und wes er ſich darinn zu uch verſehen mag, des begern wir uwer beſchriben antwort by dem boten, darnach wir und auch er uns gewiſſen mogen zu richten. Geben zu *Frangfurt* am dinſtag nach ſant jacobs tage Anno MCCCCXLII°.

Ad mandatum Domini Maguntini *Helwicus* de *Bopardia* Cancellarius.

Inſcriptio.

Honorabilibus &c. Decano & Capitulo Eccleſie ſancti Petri Fritzlarienſis devotis noſtris in Chriſto ſincere dilectis.

XIV.

PRECISTÆ IMPERIALI DATVR POSSESSIO SCHOLASTERIÆ IN ECCLESIA FRIDESLARIENSI.

In nomine Domini Amen. Anno a nativitate ejusdem Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio indictione prima die vero viceſima tertia menſis Martij hora tertiarum vel quaſi Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Dñi *Nicolai* divina providentia Pape *quinti* Anno ſeptimo in mei Notarii publici ac teſtium infraſcriptorum ad hoc vocatorum & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus honorabilis vir Dominus

Joan-

Digitized by Google

Joannes Haringehuſen presbiter Mogunt. Diœc. procurator & eo nomine procuratorio egregii viri Dñi *Bertholdi de Medhem* Decretorum Doctoris Eccleſie S. *Petri* Fridslarienſis canonici de cujus proclamationis mandato michi conſtat evidenter, venerabilibus viris Dominis Decano Cantori Cuſtodi aliisque dicte eccleſie Fridslarienſis Canonicis in loco capitulari ejusdem eccleſie exiſtentibus & repreſentantibus requiſitionem ipſis Dominis alias per eum ut mentionabatur juxta tenorem vim & formam litterarum primariarum precum Illuſtriſſimi principis & Domini noſtri Dñi *Friderici* Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti dicto Dño *Bertholdo* gratioſe datarum & conceſſarum ac proceſſum exinde fulminatorum factam inſinuatam & publicatam innovantes ac denuo eosdem Dominos Decanum Cantorem ceterosque canonicos in dicto loco capitulari exiſtentes mediantibus proceſſibus predictis requirentes inſtanter forma qua potuit meliori petendo juxta eorundem proceſſuum & litterarum vigorem Prælature Scolaſtrie ſepedicte eccleſie Fridslarienſis ex obitu quondam honorabilis viri Dñi *Nicolai Trotten* ultimi poſſeſſoris ejusdem extra Romanam curiam viam univerſe carnis ingreſſi & pie defuncti libere vacantis alias per eundem Dñum procuratorem acceptate ut inſtrumento acceptationis & proviſionis plenius habetur & continetur poſſeſſionem realem & actualem ſibi nomine quo ſupra procuratorio tradendam dari & aſſignari adhibitisque Solennitatibus ſolitis & conſuetis ipſum inducere ad eandem, qui quidem Do-

 mini

mini Decanus Cantor Cuſtos & Canonici matura deliberatione ut videbatur prehabitis mandatis ſuperiorum ut merito tenerentur parere volentes & in effectu parentes poſſeſſionem vel quaſi realem & actualem dicte Scolaſtrie ſicut premittitur vacantis dicto Dn̄o *joanni* tanquam Domini Bertholdi prefati procuratoris concorditer nemini contradicente ac alias proteſtando tradiderunt dederunt & aſſignarunt ſtatutis conſuetudinibus ac juramentis dictam eccleſiam & ſcolaſtriam concernentibus tamen ſalvis, que ibidem alta & intelligibili voce ſonabantur ac per ipſum Dominum procuratorem in animam ipſius Domini principalis conſtituentis pateſcunt vota promiſſa & jurata ſepedictus Dominus Decanus prefatum Dn̄um joannem procuratorem nomine quo ſupra procuratorio tanquam dicte eccleſie Fridslarienſis Scolaſticum ſuper pelliciatum manu ſua comprehendentem ſtallum ſibi in choro deputando & aſſignando ipſumque more ſolito inducens ad eundem premiſſa omnia & ſingula ratificando confirmavit, ſuper quibus omnibus & ſingulis dictus Dominus procurator nomine quo ſupra procuratorio me notarium publicum infraſcriptum quatenus ipſi ſuper hiis unum vel plura conficerem inſtrumentum ſeu inſtrumenta debita cum inſtantia requiſivit. Acta ſunt hec in prefato loco capitulari & choro ſub anno indictione die menſe hora & pontificatu quibus ſupra preſentibus ibidem honorabilibus viris Dominis Magiſtris *Wilhelmo de Colcke Hermanno Linificis Conrado Harſtal* presbiteris & diſcretis *Henrico Frederici* Clerico

Mog.

Mog. Dioc. teſtibus ad premiſſa vocatis pariter & rogatis.

Et ego *Henricus Lappe* Clericus Mogunt. Dioc. publicus ſacra Imperiali auctoritate notarius, quia hujusmodi requiſitioni, innovationi, poſſeſſionis petitioni & traditioni omnibusque aliis & ſingulis dum ſic ut premittitur fierent & agerentur una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque ſic fieri vidi & audivi, ideoque preſens publicum inſtrumentum manu mea ſcriptum exinde confeci & in hanc formam publicam redegi ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis ſubſcripſi ſignavi in fidem & evidens teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum rogatus & requiſitus.

XV.

INDVLTVM PRECVM A NICOLAO V. PP. FRIDERICO III. IMP. CONCESSVM.

Nicolaus &c. chariſſimo in Chriſto filio, *Friderico*, Romanorum Imperatori, ſemper Auguſto ſalutem &c. Digna conſideratione fidelitatis & devotionis tuæ merita, quibus ſancta Romanæ eccleſiæ unitati & tibi in Apoſtolatus officio divinitus collato auctoritati conſervandis, prout rerum experientia edocente cognovimus, feruenter afficeris, intra noſtræ mentis perſtringentes interna, congruere, ut ab eadem eccleſia, cuius te fidelem Advocatum devoviſti, & a qua, eam humili pro-

Digitized by Google

feſſione Matrem tuam recognoſcentem & Dominam ad ipſius eccleſiæ honorem, & ſacri Romani Imperii decus unctionem victoriæ, & Imperiale diadema noſtro miniſterio ſuſcipere meruiſti, omnis favoris proſequaris impendiis, & nos ea tibi favorabiliter concedamus, quæ tuæ celſitudini cedant ad honorem, & per quæ bene meritis te munificum reddere poſſis ope auctoritatis Apoſtolicæ in exhibitione gratiarum. Hinc eſt, quod nos tuis ſupplicationibus inclinati, eidem celſitudini tuæ dicta auctoritate præſentium ſerie concedimus, & indulgemus, quod ſi per te quibusvis collatoribus, ſive collatricibus quorumlibet beneficiorum eccleſiaſticorum Regularium vel ſæcularium ordinum quorumcunque per ſacrum Romanum Imperium ubilibet conſtitutis, etiam ſiqui, vel ſiquæ ex illis pontificali, vel alia quavis dignitate præfulgeant, ſeu collegia, capitula, & conventus fuerint, ſuper ſingulis beneficiis Eccleſiaſticis cum cura, vel ſine cura, ſæcularibus, vel ordinum hujusmodi Regularibus in ſingulis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, Collegiatis, vel aliis quibusvis Eccleſiis, etiamſi beneficia hujusmodi, Canonicatus, & præbendæ, aut dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia hujusmodi in Cathedralibus, Metropolitanis, vel Collegiatis, & ipſæ præbendæ in illis ex hujusmodi Eccleſiis, in quibus majores & minores præbendæ fore noſcuntur, etiam majores fuerint, & ad dignitates, perſonatus, adminiſtrationes vel officia hujusmodi conſueverint, qui per electionem aſſumi, eisque cura immineat ani-

animarum, dummodo dignitates ipſæ in Cathedralibus & Metropolitanis poſt pontificales majores, aut in Collegiatis Eccleſiis hujusmodi principales non exiſtant, ad eorundem collatorum & collatricum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem communiter vel diviſim pertinentibus ſingulis perſonis, quæ hujusmodi beneficiorum iuxta ſtatuta & conſuetudines eccleſiarum, in quibus ea fuerint, ſive indulta eisdem eccleſiis per ſedem Apoſtolicam conceſſa alias capaces ſint conferendis; ſeu ſuper hoc, quod perſonæ hujusmodi ad illa recipiantur, & admittantur preces porrigere, ſive de perſonis eisdem ad hujusmodi beneficia nominationes fieri contigerit primarias, iidem collatores & collatrices, ſalvo quod ſingulæ collationes, & ſingulæ eccleſiæ ex hoc ultra quam in uno beneficio non graventur, ac ipſi collatores & collatrices ſaltem quatuor beneficia eccleſiaſtica conferre habeant, hujusmodi precibus & nominationibus parere & intendere, nec non perſonas ipſas ad hujusmodi beneficia, poſtquam ipſis de illis canonice proviſum fuerit, juxta earundem precum ſeriem recipere, & admittere debeant, & etiam teneantur; quodque quicunque in quibusvis dignitatibus conſtituti, ſeu eccleſiarum Cathedralium Canonici, ſinguli videlicet ex illis, quos pro ſingulis perſonis prædicis precum & nominationum hujusmodi, & ad hoc ut illæ ſuum ſortiantur effectum, etiam præſentium Executores deputaveris per ſe, vel alium, ſeu alios beneficia prædicta, cum in quibusvis menſibus va-

vacaverint, & quæ perſonæ, pro quibus preces ſive nominationes hujusmodi factæ fuerint, quatenus hujusmodi preces ad illa ſe extendant poſt publicationem ipſarum precum, ſive nominationum eo modo, quo etiam alia indulta ſuper Eccleſiaſticis beneficiis conferendis quibusvis perſonis conceſſa, vel concedenda publicari volumus facienda infra menſem, poſtquam ipſis vocatio beneficiorum hujusmodi innotuerit, duxerint acceptanda, dummodo eædem perſonæ, niſi Apoſtolicæ ſedis officialis, vel cum vigore examinis in aliqua licita facultate graduati ſint, ad obtinendum beneficia hujusmodi per diligentem examinationem Executorum prædictorum, quorum conſcientiam oneramus, reperti fuerint idonei; & ipſa beneficia diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſervata non ſint, ipſorumque collatio fuerit juxta lateranenſis ſtatuta Concilii ad ſedem prædictam legitime devoluta; neque ſuper illis inter aliquos lis pendeat indeciſa &c. non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non aliis Eccleſiarum &c. Volumus autem, quod Executores prædicti de nominibus, & cognominibus perſonarum, quibus dicta beneficia per eos conferre contigerit; ac de diebus collationum hujusmodi generales cameræ Apoſtolicæ aut collectores, ſeu ſubcollectores fructuum eidem cameræ debitorum in partibus illis deputatos pro tempore quanto citius certificare procurent; quodque acceptationes, ac proviſiones quas precum, & nominationum primariarum, ac præſentium vigore fieri contigerit, ad

in-

inſtar publicationum, quæ de acceptationibus & proviſionibus vigore gratiarum expectativarum per nos conceſſarum factæ fuerint, faciendæ juxta quandam conſtitutionem noſtram ſuper hoc edictam infra tempus in eadem conſtitutione expreſſum, & ſub pœnis in ea per nos adiectis debeant publicari &c. & inſuper irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his â quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo, quarto decimo Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Primum indultum a Pontifice Imperatori conceſſum pro conferendis precibus, antiquius autem & ante Concordata nullum apparet. Indulta ſingulis Imperatoribus usque ad Ferdinandum III. videantur ſuo loco & inter ſe conferantur.

XVI.

ALTERVM INDVLTVM CONCORDATIS DEROGATORIVM FRIDERICO IMP. CONCESSVM A NICOLAO V. PP.

Nicolaus &c. Dum ad præclaram, eximiamque fidei conſtantiam, ac devotionis ſinceritatem, quibus chariſſimus in Chriſto filius noſter *Fridericus* Romanorum Imperator ſemper Auguſtus erga nos, & ſedem Apoſtolicam clarere dignoſcitur, nec non

Digitized by Google

non operoſæ ſollicitudinis ſtudia, ac multiplices labores, quos ipſe Imperator pro divini nominis gloria, & conſervanda eccleſiæ unitate adhibuit hactenus & habet, & adhibet indefeſſe, noſtræ conſiderationis dirigimus intuitum, dignum quin potius debitum cenſemus, ut ad ea libenter intendamus, per quæ ſublatis quibusvis litigiorum, & ambiguitatum diſpendiis per nos ſibi & illorum vigore per ipſum aliis perſonis factæ conceſſiones & gratiæ ſuum ſortiantur effectum &c. Dudum ſiquidem fel. recordat. *Eugenius* Papa *IV.* prædeceſſor noſter Vener. fratri noſtro Epiſcopo chienien. reſervandi donationi ſuæ pro centum perſonis idoneis, quas dictus Fridericus tunc Romanorum Rex duceret ſibi nominandas, totidem Beneficia eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura in terris, & dominiis hæreditariis ipſius Regis conſiſtentia, & nonnulla alia tunc expreſſa faciendi cum non nullis prærogativarum, annullationum, & aliis clauſulis facultatem per quasdam ſuas literas conceſſit &c. Poſtmodum vero eidem *Friderico* tunc Imperatori per alias noſtras literas conceſſimus, quod ſinguli collatores, & collatrices per ſacrum Romanum Imperium ubilibet conſtituti perſonas quaslibet, pro quibus Imperator ad certa beneficia eccleſiaſtica in quibusvis menſibus vacantia primarias preces porrigeret, recipere & admittere tenerentur, prout in ſingulis noſtris, & prædeceſſoris Literis prædictis, quarum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus haberi volumus pro expreſſis, plenius continetur. Cum autem,

ſicut

ſicut accepimus pro eo, quod in dictis noſtris poſterioribus literis in effectu inter cætera voluimus primarias preces per dictum Imperatorem faciendas ad beneficia eccleſiaſtica ſe extendere poſt publicationem ipſarum, eo modo quo etiam alia indulta ſuper eccleſiaſticis beneficiis conferendis quibusvis per nos conceſſa, vel concedenda publicari voluimus, faciendarum voluimus etiam, quod acceptationes, & proviſiones, quas Precum, ac poſteriorum Literarum noſtrarum prædictarum vigore fieri contingeret, ad inſtar publicationum, quæ de acceptationibus, & proviſionibus vigore gratiarum exſpectativarum per nos conceſſarum factæ forent, faciendæ juxta quandam conſtitutionem noſtram ſuper hoc editam infra tempus in eadem conſtitutione expreſſum, & ſub pœnis in ea adjectis deberent publicari: pro eo quoque quod licet in dictis poſterioribus literis de aliquibus conſtitutionibus, & regulis, per quas ipſarum poſteriorum Literarum effectus impediri poſſet, mentio facta fuerit, non tamen de omnibus, nec talis extitit facta mentio, quod illis ſit ſufficienter derogatum; nos quoque etiam poſt, & ante, quasdam conſtitutiones, ordinationes, & regulas edidimus, & in noſtra cancellaria publicari fecimus, ac nonnullas expectativas, gratias nominationes, ſeu nominandi, vel conferendi beneficia facultates, & de primo vacaturis, ſeu alias ſpeciales reſervationes, conferendi mandata, uniones, annexiones, incorporationes, prærogativas annullationes, declarationes, aliasque conceſſiones, indulta, & privile-

vilegia conceſſimus, per quæ cum ut ab aliquibus aſſeritur prædeceſſoris, & primodictarum noſtrarum literarum obtentu nominatis, ſeu primarias preces hujusmodi habentibus in aſſecutione beneficiorum expreſſe præjudicatum fuerit & præjudicetur, quam plures ex nominatis & habentibus Preces hujusmodi, in aſſecutione beneficiorum illorum vigore facienda impediti; quidam etiam diverſis litibus involuti, & fatigati extiterunt laboribus & expenſis, involvunturque in dies magis, & fatigantur. Nos non obſtantibus prædictis, & quibusvis aliis contrariis in dictis poſterioribus noſtris literis contentis clauſulis, quæ, ſi quæ ſint in eis præter mentem noſtram appoſitæ extiterunt, etiam ab ipſarum literarum data, ac expoſt noſtræ intentionis fuit, prout & adhuc exiſtit, quod nominati, ſeu primarias Preces habentes hujusmodi omnibus, & ſingulis aliis etiam familiaribus noſtris continuis commenſalibus, in certo libro dictæ cancellariæ deſcriptis, Venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus dumtaxat, & nonnullis aliis exceptis in aſſecutione quorumvis beneficiorum per eos vigore nominationum, ſeu precum, & noſtrarum, & prædeceſſoris literarum prædictarum facienda præferrentur, & præferantur; quodque tam Imperator, quam nominati, & habentes Preces hujusmodi, ac deſuper eis conceſſæ Preces, ſeu nominationis literæ ad cujusvis conſtitutionis, ordinationis, ſeu regulæ per nos tunc editæ, ſeu publicatæ, vel in poſterum edendæ, & publicandæ ſolemnitatem reſtrictionem, formam, vel ſatisfactio-

ctionem, ſeu obſervantiam minime tenerentur; nec ipſæ nominationes, ſeu Preces ſub illis comprehenderentur quoquomodo; ut intentio noſtra hujuſmodi cunctis pateat hæſitari, ac juxta eam ſublatis quibusvis ambiguitatum & litigiorum diſpendiis, nominationes, & primariæ Preces hujusmodi ſuum, & debitum ſortiantur effectum providere volentes, motu proprio &c. ex noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia noſtræ intentionis fuiſſe, & adhuc eſſe, ac quod ſemper erit illa, quod per quam ſub certis inibi expreſſis pœnis inter cætera voluimus, quod ſinguli, poſtquam beneficia eccleſiaſtica vigore gratiarum expectativarum acceptaſſent, ex tunc infra unius menſis ſpatium eis de dictis beneficiis rite provideri, ac ſubſequenter infra tres alios menſes immediate ſequentes acceptationes, & proviſiones hujusmodi certis locis, diebus & quibus inibi etiam expreſſis publicari, nec non infra annum ſimiliter inibi expreſſum illas, ac dictas publicationes ipſorum beneficiorum poſſeſſoribus, ſi qui tunc, alioquin quam primum foret, intimari facere, vel ſuper jure, ſi quod eis in dictis beneficiis competere putarent, judicialiter expediri deberent, & tenerentur ac alia ſucceſſive per nos prorogata, qua cum irritantis decreti interpoſitione Prælatis, & aliis perſonis eccleſiaſticis, ad quas dignitatum, aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum collatio, proviſio, præſentatio, electio, ſeu quævis alia diſpoſitio pertinet, de quibusvis dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officiis, canonicatibus, & præbendis, aliisque beneficiis eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura

Digitized by Google

ſæcularibus, & regularibus ad eorum collationem, provisionem præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem pertinentibus, quæ infra certum ſimiliter tunc expreſſum tempus in Martii, Junii, Septembris, & Decembris menſibus vacare contingeret, dummodo diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſervata non forent, perinde ac ſi aliquæ a ſede Apoſtolica, vel ejus legatis expectativæ gratiæ, aut ſuper illis reſervationes non emanaſſent, libere diſponendi conceſſimus facultatem, & alia, per quam declaravimus noſtræ intentionis fuiſſe, & eſſe, quod per quaſcumque expectativas nominandi, ſeu conferendi de primo vacaturis facultates, vel alias ſpeciales reſervationes, ac de ſic reſervatis conferendis, mandata, ſuppreſſiones, uniones, annexiones & reductiones ad jus commune gratias, conceſſiones, & indulta cum quibusvis prærogativarum favoribus, antelationibus, declarationibus, etiam motu ſimili, ſub quibusvis verborum formis, & aliis clauſulis derogatoriis etiam inſolitis, quibusvis perſonis cujuſcumque gradus, dignitatis, conditionis, & ordinis exiſterent, eccleſiis monaſteriis, eorumque menſis, etiam capitularibus conceſſa, & in antea concedenda, non intendebamus fieri præjudicium aliquod noſtris familiaribus, continuis commenſalibus deſcriptis prædictis, quin ipſi familiares eſſent priores in aſſecutione beneficiorum vigore gratiarum eis conceſſarum omnibus præmiſſis, & aliis quibuscumque, etiamſi eis derogaretur expreſſe; ac illa, per quam inter cætera ſtatuimus, decrevimus, & ordinavimus,

mus, quod per nullas ſpeciales reſervationes, & conferendi mandata ordinariis collatoribus, quominus beneficia ad ipſorum collationem ſpectantia juxta ſupradictorum in illorum favorem per nos editam ordinationem libere conferre valerent, aliquod præjudicium fieret, etiamſi per illa ipſis ordinariis, & ordinationi præjudicaretur expreſſe: & ea etiam per nos poſtmodum innovata, & ſervari mandata per quam ſtatuimus, & decrevimus, quod nullus uti, & gaudere poſſet pluralitate gratiarum, ſed quod una conſumpta, reliquæ omnes eo ipſo eſſent Caſſæ, & irritæ, nulliusque roboris, & momenti, etiamſi motu proprio conceſſæ forent; ſeu quod quis eis ſimiliter uti, & gaudere valeret, & quod una conſumpta, alia firma maneret in eis, vel in earum altera foret nominatim expreſſum, nec non ipſa, qua per quasdam noſtras literas omnes, & ſingulas gratias, nominationes, nominandi, ſeu conferendi facultates, ac ſpeciales reſervationes, & conferendi mandata quoad beneficia in ordinariorum menſibus hujusmodi vacantia ſe extenderent hactenus per nos conceſſa, quatenus per eam conſtitutionem ordinariorum facultatibus, & indultis quoquomodo derogaretur, quæ nondum ſortita forent effectum, niſi ad id expreſſus ordinariorum conſenſus accederet, revocavimus &c. & illa, per quam ſtatuimus, & ordinavimus, quod omnes, & ſingulæ conceſſiones, & literæ, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, etiamſi per viam inhibitionis, ſtatuti, quibusvis perſonis cujuscumque ſtatus, aut dignitatis

E 2 exi-

exiſterent, etiamſi regali, reginali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, vel Ducali præfulgerent dignitate, per nos editæ, ſeu conceſſæ, aut in poſterum edendæ, ſeu concedendæ, per quas expectativarum ſpecialium, reſervationum ſeu aliarum gratiarum beneficialium effectus in genere in quibusvis provinciis, diœceſibus & eccleſiis quomodolibet impediretur in ipſorum locorum Cathedralibus eccleſiis coram teſtibus, & notario, qui copiam facultatum petentibus concedere teneretur, ſolemniter publicarentur &c. Ac quæcumque per nos editæ, & præſertim illæ, per quas decrevimus, quod habentes in communi forma pauperum in aſſecutione beneficiorum valoris inibi expreſſi omnibus aliis præferrentur &c. Ac omnes & ſingulæ aliæ ordinationes conſtitutiones, & regulæ in contrarium forſan per nos hactenus editæ, & publicatæ ſeu in poſterum edendæ, & publicandæ omnes quoque, & ſingulæ expectativæ gratiæ, nominationes, nominandi, ſeu conferendi beneficia facultates, & de primo vacaturis, ſeu aliæ ſpeciales reſervationes, & conferendi mandata, uniones inſuper, annexiones, incorporationes, ſuppreſſiones, approbationes, prærogativæ, annullationes, declarationes, & quod in eccleſiis, in quibus majores, mediæ, & minores, aut aliæ præbendæ exiſtunt, & ex quarum Eccleſiarum ſtatutis, & conſuetudinibus ad majores præbendas quis nonniſi gradatim, & per optionem ac etiam in illis perſonaliter reſidens poſſet, ſeu conſueviſſet extendere, nullus vigore expectativarum, ſeu qua-

rum-

Digitized by Google

rumcumque aliarum gratiarum a nobis, vel ſede prædicta, ſeu alias ſub quibusvis formis, & expreſſionibus verborum, & cum quibuscumque derogatoriarum derogatoriis pro tempore conceſſarum, & habitorum per eas proceſſuum vigore, ad aliquam ex majoribus præbendis hujusmodi recipi, & admitti, & jus in eis quæri poſſet, niſi tempore vacationis majoris præbendæ ipſius eccleſiæ Canonicatus, majori, vel media præbenda actu præbendatus exiſteret; & apud ipſam eccleſiam effectualem, & realem quacumque juris ceſſante fictione, reſidentiam faceret perſonalem; & de minoribus ad medias, ac de mediis ad majores præbendas hujusmodi illius Canonici gradatim, & per optionem aſcenderent, etiam per viam perpetuæ conſtitutionis, ſtatuti, vel inhibitionis, ac quævis alia indulta, conceſſiones, & literæ etiam confirmationis concordatorum nationis Germaniæ per nos, vel dictam ſedem, ſeu alias conceſſa, & in poſterum concedenda, ipſa quoque concordata, nec non eccleſiarum de optando, illarum præbendas, dignitates, ſeu alia beneficia ſtatuta, & conſuetudines, ſub quibusvis formis, & expreſſionibus verborum, & cum quibuscumque clauſulis etiam talibus, per quas nominatim, ſpecifice, & expreſſe ipſis per Imperatorem nominatis, ſeu primarias Preces habentibus, vel alicui eorum nominationi ſpecifice, & expreſſe derogaretur &c. Volumus autem, quod ipſi nominati, & primarias Preces habentes, Canonicatus, & præbendas, beneficia,

& officia &c. ſub eorum nominationibus, ſeu primariis Precibus comprehenſa, ſi vacabant, vacant, vel inſimul aut ſucceſſive vacabunt alias, juxta dictarum Precum tenorem, atque formam acceptare, & Precum hujusmodi executores de illis ſibi providere; & omnia alia in præmiſſis quomodolibet opportuna facere, & exequi poſſint, & valeant perinde ac ſi acceptationes, ac proviſiones prædictæ nullatenus ſubſequentæ fuiſſent, non obſtantibus &c. Datum *Romæ* apud Sanctum *Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto, decimo Kalen. Octobris, Pontificatus noſtri Anno octavo.

XVII.

INDVLTVM PRECVM A CALIXTO III. FRIDERICO III. IMP. CONCESSVM. PRIORA CONFIRMANS.

C*alixtus* &c. Cæſareæ dignitatis celſitudinem, nec non eximiæ, qua chariſſimum in Chriſto filium noſtrum *Fridericum*, Romanorum Imperatotem, ſemper Auguſtum, erga nos, & Apoſtolicam ſedem clare cognovimus devotionis affectum intra noſtræ mentis arcanum digne revolventes, nedum ad ea noſtri partes officii libenter extendimus, per quæ propagatis Romanorum Imperii juribus & præeminentiis, etiam Imperatoris, & Imperii decus eorundem, & honor aliisque bene meritis profectus

Digitized by Google

fectus & commoda ſuccedere valeant; verum etiam, ut ea, quæ per ſedem Apoſtolicam Imperatori & perſonis prædictis gratioſe ſunt conceſſa, ſublato quovis dubio ſuper illorum intellectu, noſtri opitulatione miniſterii in ſui roboris integritate ſerventur. dudum ſiquidem fel. recordat. *Nicolaus* Papa *V.* prædeceſſor noſter, eidem Imperatori per ſuas literas gratioſe conceſſit, ut ſinguli Collatores & Collatrices per ſacrum Romanum Imperium conſtituti, qui quatuor, & ultra beneficia eccleſiaſtica conferre haberent, perſonas quaslibet, pro quibus ipſe Imperator ad certa beneficia Eccleſiaſtica in quibusvis menſibus vacantia primarias preces porrigeret, recipere & admittere tenerentur &c. Nos igitur, qui præfato *Nicolao* prædeceſſore, ſicut Domino placuit, rebus humanis exempto, fuimus divina diſponente clementia, ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumpti, cupientes, ut tam priores quam poſteriores, præinſertæ ipſius prædeceſſoris literæ, nec non primariæ preces, quas idem Imperator pro quibusvis perſonis hactenus porrexit, aut porrigit in futurum, ſemotis omnium dubitationum obſtaculis, ſuum debitum conſequantur effectum, indultum, declarationem, præceptum, mandatum & derogationem hujusmodi, nec non omnia & ſingula tam prioribus, quam præinſertis poſterioribus ejusdem prædeceſſoris literis, ac etiam primariis precibus hujusmodi contenta, & inde ſequuta quæcunque auctoritate Apoſtolica tenore præſentium motu proprio &c. mera liberalitate, & de certa noſtra ſcientia approbamus,

Digitized by Google

ratificamus, & confirmamus, ac juribus ſubſiſtere debere, declaramus, de novoque concedimus pariter, & indulgemus, decernentes & declarantes, vitam dicti Nicolai prædeceſſoris prædictas, quam noſtras hujusmodi litteras nullatenus de ſubreptionis, vel obreptionis vitio notari potuiſſe, vel debuiſſe, aut poſſe vel debere quoquo modo; quodque dictarum ipſius prædeceſſoris poſteriorum literarum tenor ipſe ſic inſertus omnimodam rei & facti certitudinem faciat, illudque robur eandem vim, & vigorem per omnia habeat, quam quod, ſeu quem facerent, & haberent originales literæ præinſertæ &c. Volentes quod perſonæ iſtæ, pro quibus preces hujusmodi ſunt porrectæ ſeu porrigentur in futurum, in aſſecutione beneficiorum hujusmodi in quibusvis tam Apoſtolicis quam ordinariis menſibus, in quadam conſtitutione per nos edita, ac Principum nationis germaniæ concordatis, & ipſius prædeceſſoris eorundem concordatorum confirmatoriis literis expreſſis pro tempore vacantium omnibus aliis cujuscumque dignitatis, ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint, etiam præſentibus in Romana Curia, & illam juxta conſtitutionem per nos editam ſequentibus, ac noſtris veris familiaribus, domeſticis continuis commenſalibus in certo libro Cancellariæ noſtræ deſcriptis, ac pro tempore deſcribendis, ac cæteris quibuscunque præterquam perſonis Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium præferantur, ac poſſint, & debeant anteferri, etiamſi per regulas vel ordinationes, ſeu literas noſtras etiam

cum

cum interpoſitione decreti irritantis aliud ſtatueremus ipſis præſentibus, ſeu familiaribus antelationum prærogativas concederemus &c. Et quod tam Imperator, quam habentes preces hujusmodi ac deſuper eis conceſſæ preces & literæ ad cujusvis conſtitutionis, ordinationis, ſeu regulæ per nos editæ, vel publicatæ, ſeu in poſterum edendæ, vel publicandæ, ſolemnitatem, reſtrictionem, formam vel ſatisfactionem, ſeu obſervantiam minime teneamur, nec ipſæ preces ſub illis comprehendantur quoquo modo. Et inſuper motu, & ſcientia ſimilibus volumus, decernimus & mandamus ſic per quoscunque Auditores, Judices, vel Commiſſarios, ac Executores in dicta curia vel extra illam etiam in cauſis, in quacumque inſtantia pendentibus, ſublata eis quacunque alia ſuper eis interpretanda facultate ac regulis, conſtitutionibus, ordinationibus, literisque revocatoriis, & præjudicialibus tam per dictum *Nicolaum* prædeceſſorem, quam nos editis, factis, vel conceſſis, aut edendis, faciendis vel concedendis, ac nationi germanicæ concordatis, & literis eorundem confirmatoriis prædictis in hac parte penitus rejectis, quibus omnibus, & ſingulis, ac ſi de verbo, ad verbum insererentur motu, ſcientia & auctoritate ſimilibus hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, pronuntiari, ſententiari & definiri debere &c. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto, Kalend. Octobris, Pontificatus noſtri anno primo.

XVIII.

EXECVTORIALES PRECVM MAXIMILIANI I. ROMANORVM REGIS.

B*ertholdus* Dei gracia Sancte Moguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius ac Princeps Elector executor ad infra ſcripta a ſereniſſimo & invictiſſimo Principe & Domino Dno *Maximiliano* Romanorum Rege ſemper Auguſto Archiduce Auſtrie Duce Burgundie Lothringie Brabancie Stirie Carinthie Carniole Limburgie Lutzemburgie & Geldrie Comite Flandrie Habsburgie Tirolis &c. Palatino Hannonie Hollandie &c. Lantgravio Alſacie Domino Friſie & Marchione Slavonie &c. Domino noſtro benigniſſimo ſpecialiter deputatus honorabilibus devotis nobis in Chriſto dilectis Decano & Capitulo Eccleſie Collegiate ſancti *Bartholomei* opidi Franckfurdienſis noſtre Dioceſis illique vel illis ad quem vel quos Canonicatuum & prebendarum in eadem eccleſia ſancti *Bartholomei* ac beneficiorum ceterorum in litteris Regiis ſub inſertis deſcriptorum collatio proviſio preſentatio admiſſio receptio vel quevis alia diſpoſitio communiter vel diviſim ſpectat & pertinet, omnibusque aliis & ſingulis quorum intereſt intererit aut intereſſe ſeu quos infra ſcriptum tangit negocium vel tangere poterit quomodolibet in futurum quibuscunque nominibus cenſeantur, aut quacumque preſulgeant dignitate & eorum cuilibet ſalutem in Domino

mino

Digitized by Google

mino ſempiternam prefatique ſereniſſimi Domini Regis & hujusmodi noſtris exhortationibus & mandatis cum obedientia & reverentia debita parere intendere litteras nominacionis ſive primariarum precum jam dicti ſereniſſimi Domini Maximiliani Romanorum Regis ſemper Auguſti Ejus vero ſigillo rotundo de cera rubea glauce impreſſa in preſſula pergamenea impendente ſigillatas ſanas integras non viciatas non cancellatas nec in aliqua ſui parte ſuſpectas ſed omni prorſus vicio & ſuſpicione carentes ut apparuit Nos pro parte honorabilis devoti nobis dilecti *Haymanni Sartoris de Ittſteinn* presbiteri Treverenſis Dioc. principalis in eisdem litteris Regiis ſub inſertis principaliter nominati preſentatas nos cum ea qua decuit reverentia noveritis recepiſſe hujusmodi ſub tenore:

Maximilianus Divina favente Clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus Archidux Auſtrie Dux Burgundie Brabancie Gheldrie &c. Comes Flandrie Tirolis &c. honorabilibus devotis noſtris dilectis Decano & Capitulo eccleſie collegiate ſancti *Bartholomei* opidi Franckfurdienſis Mogunt. Dioc. Graciam Regiam & omne bonum. Cum nuper Divina diſpenſatione ad regale ſublimati faſtigium Auguſti nomen ſuſcepimus debitum arbitramur ut inter alia regni Romani jura eciam laudabiles diutiſſimasque conſuetudines ſine interruptione conſervemus illeſas, qua de re cum nobis pro predeceſſorum noſtrorum veſtigiis jus ſit nominandi ſive decernendi preces regales ad omnes & ſingulos be-

beneficiorum eccleſiaſticorum Collatores Collatrices Collegia ſive conventus per omne Romanum Regnum conſtitutos pro perſonis ydoneis ad conſequendum beneficia eccleſiaſtica etiamſi Canonicatus prebenda perſonatus adminiſtratio Officium vel Dignitas in Metropolitana Cathedrali ſive Collegiata eccleſia exiſterent ad prefatorum Collatorum Collatricum Collegiorum ſive Conventuum Collacionem nominationem preſentationem ſeu quamlibet aliam ordinationem ſive proviſionem conjunctim vel diviſim quomodolibet ſpectantia Canonicatu & prebenda cum dignitate Officio vel adminiſtratione etiam ſi ex una perſona vel pluribus ſimul aut ſucceſſive vacarent pro uno computatis beneficio hujusmodi etiam predeceſſorum noſtrorum nominationibus ſive ut vulgari utamur vocabulo ſine renitentia ut debitum erat paritum fuerit, idcirco Regni noſtri jura & conſuetudines ut tenemur proſequi predeceſſorumque veſtigiis inherere volentes nominationem ſive Regales preces noſtras pro devoto noſtro dilecto *Haymanno Sartoris de Nitſteynn* Treverenſis Dioc. ad vos decrevimus decernimusque per preſentes vos adhortantes cum & pro reverencia conſervationis jurium & conſuetudinum Regni arcius requirentes ut beneficium eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura etiamſi Canonicatus & prebenda dignitas perſonatus Officium vel adminiſtratio fuerit conjunctim vel diviſim quod ad preſens ſive proxime vacaverit ad collationem nominationem ordinationem ſive quamlemcunque diſpoſitionem veſtram pertinens quod

pre-

prefatus *Haymannus Sartoris* per ſe aut procuratorem ſuum duxerit acceptandum eidem *Haymanno* conferatis ad id nominetis & ei de eo provideatis ponendo eum in pacificam & quietam poſſeſſionem & aſſignando ſtallum in choro & locum in Capitulo cum plenitudine juris & fructuum perceptione qualibet ceſſante contradictione circa premiſſa officium devocionis & reverencie debitum facturi. Quo autem magis hec noſtra nominatio ſive preces expeditum conſequantur effectum Venerabili . . Archi-Epiſcopo Mogunt. Nepoti Principi Electori & devoto noſtro dilecto tenore preſencium committimus & mandamus, ut ſi forte vos ſupra dicti Decanus & Capitulum ſancti *Bartholomei* in prejudicium & contemptum juris & conſuetudinis regni noſtri ad parendum hujusmodi precibus noſtris contumaces & rebelles fueritis ut auctoritate ſua ordinaria vos realiter & cum effectu ad parendum per cenſuras eccleſiaſticas juſtitia mediante compellat contumacia autem veſtra & contemptu quod abſit per menſem continuum a die requiſitionis numerandum durante ex tunc omnibus & ſingulis privilegiis gratiis libertatibus & donationibus a predeceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus aut Regibus conceſſis & perceptis noveritis vos eo ipſo privatos & noſtra tuitione exutos que & quas ex tunc tenore preſencium revocamus caſſamus & irritamus, vosque tales contumaces & rebelles a beneficiis Majeſtatis noſtro reddimus alienos. Datum *Colonie* ſub ſigillo noſtro die decima octava menſis Maji Anno Domini Milleſimo quadringen-

teſimo

teſimo octuageſimo ſexto Regni vero noſtri anno primo. Que quidem littere taliter erant ſubſignate: Ad mandatum Domini Regis &c.

Poſt quarum quidem litterarum Regiarum pre inſertarum preſentationem & receptionem nobis & per nos ut prefertur factam fuimus pro parte ſupradicti *Haymanni Sartoris de Ytſteyn* presbiteri principalis in eisdem litteris pre inſertis principaliter nominati debita cum inſtantia requiſiti quatenus ad executionem earundem litterarum regiarum & in eis contentorum juxta illarum formam & tenorem procedere dignaremur, Nos igitur *Bertholdus* Archi Epiſcopus Archi Cancellarius Princeps Elector & Executor prefatus attendentes hujusmodi requiſitionem fore juſtam & rationi conſonam volentesque regiis mandatis hujusmodi ut tenemur obtemperare idcirco de mandato predicti Domini Regis & auctoritate noſtra ordinaria qua fungimur in hac parte pre inſertas litteras regias & hunc noſtrum proceſſum omniaque & ſingula in eis contenta vobis omnibus & ſingulis ſupradictis quibus preſentes noſtre littere diriguntur conjunctim & diviſim intimamus inſinuamus & notificamus publicamus ac ad veſtram & cujuslibet veſtram noticiam deducimus & deduci volumus per preſentes vosque Decanum & Capitulum dicte eccleſie collegiate ſancti *Bartholomei* Franckfurdenſis omnesque & alios ſingulos predictos tenore preſencium requirimus & monemus primo ſecundo tercio & peremptorie communiter & diviſim vobisque & veſtrum cuilibet in

ſoli-

ſolidum in virtute ſanĉte obediencie & ſub infra ſcriptis ſententiarum penis diſtricte precipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt preſentacionem & notificationem dictarum litterarum regiarum & præſentis noſtri proceſſus ac requiſitionem vobis ſeu alteri veſtrum pro parte dicti *Haymanni* principalis deſuper factam & poſtquam prefatum *Haymannum* principalem beneficium eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura etiamſi Canonicatus & prebenda ac dignitas perſonatus Officium vel adminiſtratio fuerit vel fuerint conjunctim vel diviſim ſi quod ad preſens vel quandocunque in antea vacaverit in pre inſertis litteris Regiis qualificatum infra tempus in eisdem litteris expreſſum & prefixum acceptaſſe noveritis immediate ſequentium, quorum ſex dierum duos pro primo duos pro ſecundo & reliquos duos dies vobis univerſis & ſingulis ſupradictis pro tertio & peremptorio termino ac Canonica monitione aſſignamus & prefigimus prefato *Haymanno* ſartoris principali vel ejus procuratori pro eo & ejus nomine beneficium eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura etiamſi Canonicatus & prebenda ac dignitas perſonatus adminiſtratio vel Officium fuerit ſi quod vacat vel cum vacaverit conjunctim & diviſim Canonicatu & prebenda cum dignitate perſonatu officio vel adminiſtratione etiamſi ex perſona plurium ſucceſſive vacent pro uno beneficio computatis quod eum ut prefertur per ſe vel procuratorem ſuum acceptaſſe noveritis cum omnibus & ſingulis juribus & pertinentiis ejusdem beneficii conferatis & aſſignetis, eique de eodem

dem pro videatis ipſumque *Haymannum* principalem ad illud nominetis & preſentetis, & ſi Canonicatus & prebenda fuerit ipſum *Haymannum* in Canonicum recipiatis & in fratrem ſtallum ſibi in Choro & locum in Capitulo cum plenitudine juris Canonici aſſignando, ſi vero etiam dignitas fuerit obedienciam & reverenciam debitam exhibeatis & exhiberi faciatis ab aliis eundemque Haymannum principalem vel ejus legittimum procuratorem pro eo & ejus nomine in & ad beneficii hujusmodi juriumque & pertinentiarum omnium ejusdem poſſeſſionem corporalem realem & actualem inducatis admittatis & recipiatis inducique admitti & recipi faciatis defendatisque inductum amoto exinde quolibet illicito de tentore quem nos preſencium tenore amovemus & amotum eſſe decernimus, dictoque *Haymanno* principali vel ejus legittimo procuratori pro eodem & ejus nomine de hujusmodi beneficii fructibus redditibus proventibus juribus obventionibus & emolumentis univerſis & ſingulis reſpondeatis & ab aliis quantum in vobis fuerit reſponderi faciatis & permittatis realiter plenarie & cum effectu ſine omni Contradictione difficultate oppoſitione & impedimento regie hujusmodi nominationi ſeu prçcibus primariis pro Romani regni privilegio &. conſuetudine atque pro obedientie debito quem ad modum vos equum eſt facere cum alacritate obtemperaturi ut regalem inde munificentiam jurium & privilegiorum veſtrorum defenſionem & inclite preconium obediencie eo largius conſequi mereamini. Quod ſi forte quod abſit premiſſa

miſſa omnia & ſingula non adimpleveritis ſeu diſtuleritis contumaciter adimplere Regiisque & noſtris hujusmodi mandatis atque monitionibus non parueritis vel aliquis veſtrum non adimpleverit vel paruerit nos in vos omnes & ſingulos ſupradictos qui culpabiles fueritis in premiſſis & generaliter in contradictores quoslibet & rebelles ac impedientes dictum Haymannum principalem vel procuratorem ſuum ejus nomine ſuper premiſſis in aliquo aut ipſis impedientibus dantes auxilium conſilium vel favorem publice vel occulte directe vel indirecte quovis queſito colore cujuscunque ſtatus dignitatis conditionis gradus ordinis vel pre eminencie exiſtant de commiſſione & mandato dicti ſereniſſimi Domini Regis auctoritate noſtra ordinaria pro conſervatione jurium privilegiorum & conſuetudinum Romani Regni predicti ex nunc prout ex tunc ex tunc prout ex nunc dicta ſex dierum canonica monitione premiſſa ſingulariter in ſingulos excommunicationis, in dicte vero eccleſie collegiate ſancti *Bartholomei* Franckfurdienſis aliorumque in hiis delinquentium capitula conventus & collegia rebellia ſuſpenſionis a Divinis ac in dictam ſancti *Bartholomei* & aliorum delinquentium & rebellium eccleſias monaſteria & capellas interdicti eccleſiaſtici ſententias ferimus in hiis ſcriptis & in Dei nomine promulgamus & nichilominus contra rebelles & contumaces ipſos ſi in delicto perſtiterint ad ulteriora & graviora prout de jure poterimus indubie procedemus prefatas quoque litteras regias & hunc noſtrum proceſſum omniaque & ſingula

alia hujusmodi negotium tangentia volumus penes dictum *Haymannum* principalem vel procuratorem ſuum remanere & non per vos aut aliquem veſtrum ſeu quemcunque alium ipſis invitis & contra eorum voluntatem quomodolibet detineri, Contrarium vero facientes prefatis noſtris ſententiis prout in hiis ſcriptis late ſunt dicta monitione canonica premiſſa ipſo facto volumus ſubjacere, mandamus tamen copiam fieri de premiſſis eam petentibus & habere debentibus petencium tamen ſumptibus & expenſis abſolutionem vero omnium & ſingulorum qui prefatas Regias eidem ſereniſſimo Domino Regi qui vero noſtras Eccleſiaſticas ſententias incurrerint quoquo modo nobis tantummodo reſervamus. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes noſtras litteras ſive preſens publicum inſtrumentum hujusmodi noſtrum proceſſum in ſe continentes ſeu continens exinde fieri ac per notarium publicum infra ſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus noſtrique ſigilli juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum & Actum in viridario ſive orto noſtro prope & extra arcem ſancti *Martini* Civitatis noſtre Moguntini ſub anno a Nativitate Domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo Indictione quinta Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Innocentii* Divina providentia Pape *octavi* Anno ejus tertio die vero ſecunda menſis Marcii preſentibus ibidem nobis dilectis *Wygando Keſſeler* & *Haymanno de Ytſteyn*

noſtre

noſtre & Treverenſis Dioc. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Et ego *Johannes Storch* Clericus Herbipolenſis dioc. publicus imperiali auctoritate Notarius quia pre inſertarum litterarum primariarum precum ſive nominationum Regalium preſentationi & receptioni fulminationis proceſſus petitioni & decreto ſententiarum & penarum promulgationi omnibusque aliis & ſingulis premiſſis dum ſic ut premittitur fierent & agerentur una cum prenominatis teſtibus interfui eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi, idcirco ſpeciali mandato Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Principis & Domini Dñi *Bertoldi* Archi Epiſcopi Mogunt. prefati michi deſuper facto has litteras ſive hoc preſens publicum inſtrumentum ſue Reverendiſſime Paternitatis ſigillo appenſo munitas ſive munitum manu alterius me aliis prepedito negotiis fideliter diligenterque ſcriptas ſive ſcriptum ſubſcripſi publicavi & in hanc publicam formam redegi ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis in fidem & teſtimonium omnium premiſſorum rogatus & requiſitus ſubſignavi.

XIX.

INSINVATIO PRECVM.

In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate ejusdem Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo indictione octava die vero jovis quarta menſis Mar-

Digitized by Google

tij Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Dni noſtri Dñi *Innocentii* Divina providentia Pape *octavi* Anno ſexto Ego Notarius infraſcriptus per honorabilem virum Dñum *Heymannum Sellatoris* presbiterum Trevirenſ. Dioc. principalem retro ſcriptum legitime requiſitus retro ſcriptas proceſſuum litteras una cum originalibus primariarum precum glorioſiſſimi Principis & Domini noſtri Dni *Maximiliani* Divina favente Clementia Romanorum Regis ſemper Auguſti ſuo vero ſigillo ſigillatas venerabilibus & circumſpectis viris Dominis Scolaſtico & Capitulo Eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckfurdenſis intimavi inſinuavi & notificavi ad ipſorumque veram & indubitatam noticiam deduxi, monui & requiſivi aliasque dixi & feci prout & quemadmodum in eisdem litteris retro ſcriptis plenius continetur & habetur & in ſignum vere & effectualis inſinuationis eisdem Dnis Scolaſtico & Capitulo Capitularium in loco ſolito capitulorum congregatis copiam retro ſcripti proceſſus per me diligenter auſcultatam & collationatam dedi tradidi & conſignavi ſuper quibus omnibus & ſingulis prelibatus Dnus Heymannus principalis ſibi a me Notario publico infraſcripto unum vel plura publicum ſeu publica fieri atque confici peciit inſtrumentum & inſtrumenta. Acta fuerunt hec in liberaria eccleſie ſancti *Bartholomei* predicte ſub anno Indictione die menſe & Pontificatu quibus ſupra preſentibus ibidem honorabilibus viris Dominis *Baltaſare Schoman* presbitero *Philippo lippis* etiam presbitero Magunt. & Trevirens. & *Georgio Hefftrich*

Cle-

Clerico Trevirenſ. Dioc. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Et ego *Johannes Reymolt* Clericus Maguntine Dioceſis publicus ſacris Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, quia premiſſis interfui & ea ſic fieri vidi audivi & feci, id circo preſens inſtrumentum mea manu ſcriptum confeci ac ſigno & nomine meis ſolitis ſignavi rogatus & requiſitus in fidem omnium premiſſorum.

XX.

REVOCATORIÆ INNOCENTII VIII. INHIBITORIALIVM DE NON ADMITTENDIS PRECIBVS MAXIMILIANI I.

I*nnocentius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei univerſis & ſingulis Venerabilibus fratribus Archi Epiſcopis & Epiſcopis ac dilectis filiis Electis nec non Monaſteriorum Abbatibus ac Abbatiſſis, Metropolitanarum Cathedralium ac Collegiatarum eccleſiarum Capitulis & aliis quibuslibet ſecularibus & regularibus perſonis eccleſiaſticis per Alamaniam ubilibet conſtitutis ad quos beneficiorum eccleſiaſticorum quorumlibet collatio, proviſio, preſentatio, electio ſeu quevis alia diſpoſitio communiter vel diviſim pertinet ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Olim intellecto quod Cariſſimus in Chriſto filius noſter *Maximilianus* (a) Romanorum Rex ſemper Auguſtus paulo poſt quam in

in Regem Romanorum electus fuerat, vobis ſuas primarias preces pro perſonis eccleſiaſticis beneficiandis intimabat, ne indebite, ut a nonnullis aſſerebatur, Cariſſimo in Chriſto filio noſtro *Friderico* ejus Genitore Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, qui ſimiles preces intimaverat, adhuc vivente gravaremini, vobis per diverſas noſtras litteras in forma brevis inhibuimus ne preces ipſas admitteretis, donec aliud a nobis haberetis in mandatis, per quas litteras prefatus Rex per ſuos Oratores quos ad nos & ſedem Apoſtolicam iteratis vicibus deſtinavit, aſſerit ſe plurimum gravari. Nos igitur qui ſicut vos gravari nolentes indebite litteras conceſſimus ſupradictas, ita eundem Regem per illas gravari nullatenus intendimus certis rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus, inhibitiones ipſas & illas concernentia in dictis litteris contenta auctoritate Apoſtolica tenore preſentium revocamus & eundem Regem ac vos & perſonas pro quibus preces ipſe emanaverant, in eo ſtatu & jure in quo Rex Vos & ille eratis antequam littere ipſe a nobis emanarent reponimus reſtituimus & reintegramus per preſentes ac volumus per inhibitiones ipſas vel ex eis earumque revocatione hujusmodi Regi aut vobis vel perſonis predictis nullum jus tolli vel acquiri ſed antiquum, ſi quod erat in ſuo ſtatu remanere, Verum quia difficile foret preſentes litteras ſingulis quibusque quibus expediens fuerit preſentare, volumus & decernimus quod illarum tranſumptis manu publici Notarii inde rogati ſubſcriptis & ſigillo alicujus per-

perſone Eccleſiaſtice in dignitate conſtitute munitis ea prorſus fides indubia in judicio & extra & alias ubilibet adhibeatur, que preſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibite vel oſtenſe. Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* Anno Incarnationis Dominice Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo nono ſexto Idus junii Pontificatus noſtri anno quinto.

B. Bagarothus.

Inſcriptio.

Univerſis & ſingulis Venerabilibus fratribus Archi Epiſcopis & Epiſcopis ac dilectis filiis Electis nec non Monaſteriorum Abbatibus & Abbatiſſis Metropolitanarum & aliarum Cathedralium ac Collegiatarum Eccleſiarum Capitulis & aliis quibuslibet ſecularibus & regularibus perſonis eccleſiaſticis per Alemaniam ubilibet conſtitutis ad quos beneficiorum eccleſiaſticorum quorumlibet collatio proviſio electio preſentatio ſeu quevis alia diſpoſitio communiter vel diviſim pertinet.

Hie. Balbanus.

(*a*) *Maximilianus* an. 1486. Rex Rom. electus Patri in imperio ſucceſſit anno 1493. Obiit 12. januarij 1519.

Digitized by Google

XXI.

INDVLTVM PRIMARIARVM PRECVM MAXIMILIANO I. ROM. REGI CONCESSVM.

I*nnocentius* &c. Ad futuram rei memoriam. Dudum ad illam fidei conſtantiam, eximiaeque devotionis affectum, quibus chariſſimus in Chriſto filius noſter *Maximilianus* Romanorum Rex illuſtris in noſtro, & apoſtolicæ ſedis conſpectu clarere dignoſcitur noſtræ dirigimus conſiderationis intuitum, merito inducimur ad illa favorabiliter concedendum, per quæ ejus ſerenitati honor accreſcat, & ejus conſideratione gratis, acceptisque ei perſonis eccleſiaſticis congruæ proviſionis ſubſidium valeat provenire. Dudum ſiquidem fel. record. *Nicolaus* Papa *V.* prædeceſſor noſter inter alia chariſſimo in Chriſto filio *Friderico* Romanorum Imperatori ſemper Auguſto per quaſdam gratioſe conceſſit, & indulſit, quod ſic per eum quibuscumque collatoribus, ſeu collatricibus quorumlibet beneficiorum eccleſiaſticorum Sæcularium, vel Regularium ordinum quorumcunque per Sacrum Romanum Imperium ubilibet conſiſtentium, etiam ſi qui, vel ſi quæ ex illis Pontificali, vel quavis dignitate præfulgerent, ſeu collegia, capitula, & conventus forent ſuper ſingulis beneficiis eccleſiaſticis cum cura vel ſine cura ſæcularibus, vel ordinum hujusmodi regularibus in ſingulis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & collegiatis, vel

aliis

aliis quibusvis eccleſiis, etiamſi beneficia hujusmodi, canonicatus, & præbendas, aut dignitates, perſonatus, adminiſtrationes in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel collegiatis, & ipſæ præbendæ in illis ex hujusmodi eccleſiis, in quibus majores & minores fore naſcebantur, etiam majores forent, & ad dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officio hujusmodi conſueviſſent, qui per electionem aſſumi, eisque cura immineret animarum, dummodo dignitates ipſæ in Metropolitanis, & aliis Cathedralibus poſt pontificales majores, aut in collegiatis eccleſiis hujusmodi principales non exiſterent, ad eorundem collatorum, & collatricum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem communiter, vel diviſim pertinentibus ſingulis perſonis, quæ hujusmodi beneficiorum juxta Statuta, & conſuetudines eccleſiarum, in quibus forent, ſive indulta eisdem eccleſiis per ſedem apoſtolicam conceſſa, alias capaces eſſent, conferendis, ſeu ſuper hoc, quod perſonæ hujusmodi ad illa recipiantur, & admittantur, Preces porrigi, ſive de perſonis eisdem ad hujusmodi beneficia nominationes fieri contingeret, primarias iidem collatores & collatrices dummodo ſingulæ collationes, & ſingulæ eccleſiæ ex hoc ultra quam in uno beneficio non gravarentur, ac ipſi Collatores, & collatrices, ſaltem quatuor beneficia eccleſiaſtica conferre habeant, hujusmodi Precibus & nominationibus parere, & intendere, nec non perſonas ipſas ad hujusmodi beneficia, poſtquam ipſis de illis canonice proviſum fo-

 ret,

ret, juxta earundem Precum ſeriem recipere, & admittere tenerentur, etiamſi Preces ipſas proſequentes præſentes non forent ad præſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus eccleſiarum, in quibus beneficia ipſa forent, ſolitum juramentum &c. dummodo ipſa beneficia diſpoſitioni apoſtolicæ generaliter reſervata non eſſent, ipſorumque collatio non foret juxta Lateranen. ſtatuta concilii ad ſedem prædictam legitime devoluta, neque ſuper illis inter aliquos lis penderet indeciſa &c. Et demum nos præfato *Maximiliano* Regi & illius conſideratione illis, pro quibus Rex ipſe primarias Preces collatoribus & collatricibus beneficiorum eccleſiaſticorum pro perſonis eccleſiaſticis beneficiandis, poſt ipſius Regis *Maximiliani* aſſumptionem in Regem Romanorum, præfato Friderico Imperatore ejus genitore adhuc in humanis agente porrexerat; quod Preces prædictæ ſic porrectæ collatoribus & collatricibus, quibus per Fridericum, & prædeceſſores prædictos Romanos Imperatores porrigi ſolitæ erant, & quaſi porrigi contingeret in poſterum eisdem collatoribus, quibus porrigi ſolitæ erant, & nondum per ipſum Maximilianum Regem porrectæ fuerant, quo ad beneficia eccleſiaſtica quæcumque, & qualiacumque cum cura, & ſine cura ſub illis comprehenſa, eum prorſus ſortirentur effectum, quem ſortiri conſueverant ſimiles Preces eorum Regum Romanorum, qui imperio vacante in Reges Romanorum retroactis temporibus electi & aſſumpti poſt acceptam per eos imperii coronam Preces ipſas porrexerant,

primo

Digitized by Google

primo per quaſdam conceſſimus, & deinde per alias noſtras literas motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia voluimus, & apoſtolica auctoritate decrevimus, quod Preces prædictæ per eundem Regem porrectæ, & porrigendæ quibuscumque collatoribus, & collatricibus in civitatibus, Locis, & terris Germaniæ, ac in toto Romano Imperio, extra tamen Italiam conſiſtentibus ad unum beneficium dumtaxat, ac ſingulæ literæ deſuper confectæ, etiam ſuper quibus proceſſus in forma ſolita decreti non fuerant ſeu conficiendi, ſive illæ ſortitæ forent effectum, ſive non, ab earum data valerent, plenamque roboris firmitatem obtinerent in omnibus, & per omnia perinde ac ſi decreti fuiſſent; ita tamen, quod ſinguli collatores, ultra quam in uno beneficio non gravarentur: Supplevimusque omnes defectus, ſi qui forſan intervenerant in eisdem certis deſuper exequutoribus deputatis, qui ad executionem literarum ſuper præſentibus hujusmodi confectarum, quæ ſuum effectum ſortitæ non fuerant, proceſſus in forma conſueta decernerent, in omnibus, & per omnia perinde ac ſi literæ ipſæ eis directæ fuiſſent &c. cum autem, ſicut poſtmodum accepimus, aſſeratur à nonnullis Preces ipſas, collatores & collatrices, quibus diriguntur, non arctare adeo, quin factæ per eos præſentationes, & diſpoſitiones de beneficiis eccleſiaſticis pro tempore vacantibus ſub ipſis præſentibus comprehenſis, diſpoſitiones quæcumque in aliorum, quam Preces ipſas proſequentium favorem validæ, & efficaces remaneant, & illos, ad quorum collatio-

nem

nem dumtaxat, non autem electionem præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem eccleſiaſtica beneficia pertinent, per hujusmodi Preces requiri non poſſe, nec arctari ad parendum eisdem, dictisque literis noſtris per literas, & regulas cancellariæ a nobis emanatas, fuiſſe & eſſe præjudicatum; Nos, qui præfatum Regem, ſuis exigentibus meritis, ſuæque celſitudinis conſideratione, ſingulari benevolentia proſequimur, & gerimus in viſceribus charitatis; volentes, ut debemus, ſuper iis opportune providere, motu ſimili &c. ſeu de noſtra mera liberalitate ac ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, apoſtolica auctoritate præſentium tenore declaramus noſtræ intentionis incommutabilis tam tempore factæ per nos confirmationis Precum earundem, ac hactenus fuiſſe, & eſſe in futurum, quod tam præfatus *Maximilianus* Rex, quam ab eo hactenus poſt ipſarum Precum à nobis confirmationis obtentu usque modo, & quas obtineri continget, in poſterum, quicumque habentes Preces hujusmodi, ac deſuper eis conceſſæ literæ, ad cujusvis conſtitutionis, ordinationis, ſeu regulæ Cancellariæ per nos tunc editæ, ſeu publicatæ, ſeu in antea edendæ, & publicandæ ſolemnitatem, reſtrictionem, formam, ſatisfactionem, ſeu obſervantiam, minime tenerentur: nec ipſæ Preces ſub illis comprehenderentur quoquomodo, ac etiam minime teneantur, aut comprehendantur in futurum. quodque dictæ Preces eundem vigorem haberent, & habeant, quem juxta literas *Nicolai*, *Calixti*, atque *Sixti*

ti prædeceſſorum noſtrorum prædictorum, Preces Imperatoris præfati habere potuerunt, & debuerunt, & eosdem ſortiantur effectus, & proſequentes illas in aſſecutione beneficiorum hujusmodi in quibusvis tam apoſtolicis, quam Ordinariorum menſibus in quadam conſtitutione per eos edita, ac Principum dictæ nationis Germaniæ concordatis, & prædeceſſorum noſtrorum eorundem Concordatorum confirmatoriis literis expreſſis pro tempore vacantium, omnibus, & ſingulis eisdem ſeu illis prorſus ſimilibus antelationibus, prærogativis, privilegiis, derogationibus, exemptionibus, exceptionibus, declarationibus, favoribus, indultis, conceſſionibus, gratiis, & clauſulis potirentur, & gauderent, & potiantur, & gaudeant, quibus proſequentes Preces Imperatoris præfati &c. potiri, & gaudere poterant, & debebant, ac omnibus, & ſingulis aliis perſonis &c. Et quod etiam poſt datam ſingularum priorum Literarum noſtrarum conceſſæ per præfatum Regem Preces prædictæ, & in poſterum concedendæ quandocumque ex die inſinuationis earundem dictis Collatoribus, & collatricibus factæ, beneficia eccleſiaſtica ſub illis comprehenſa, quæ poſt modum hactenus vacaverunt, & in poſterum pro tempore vacabunt, & infra unius menſis ſpatium, poſtquam illorum vacatio, illis, pro quibus Preces ipſæ porrectæ fuerunt, vel in poſterum porrigentur, aut eorum procuratoribus innotuerunt, vel innotuerint in poſterum per ſe, vel eorum Procuratores acceptata fuerunt, & acceptabuntur in futurum vigore Precum Regia-

rum

rum hujuſmodi eis, quibus ipſæ fuerunt pro tempore conceſſæ, & qui illa hactenus acceptarunt, & in poſterum acceptabunt, cenſerentur, & cenſeantur affecta, adeo ut alteri conferri, ſeu alias de illis diſponi in præjudicium Preces ipſas proſequentium nullatenus quavis ordinaria auctoritate potuerit, ſive poſſit, etiamſi Preces ipſæ conceſſæ, & quas concedi continget per ipſum Regem illis, ad quos non collatio, ſed præſentatio, electio, ſeu quævis alia diſpoſitio beneficiorum eccleſiaſticorum pertinet, ex tunc directæ fuiſſent, ac in poſterum dirigerentur, & ſuper illis proceſſus aliqui decreti non fuiſſent ante vacationem beneficiorum eccleſiaſticorum ſub illis comprehenſorum, quæ hactenus acceptata fuerunt, potueritque, & debuerit, ac poſſit, & debeat quilibet in dignitate eccleſiaſtica conſtitutus, ac cathedralis eccleſiæ canonicus, qui deſuper ab eisdem fuerit requiſitus per ſe, vel alium, ſeu alios easdem regias Preces proſequentes poſtquam eis fuerit canonice proviſum in corporalem poſſeſſionem beneficiorum acceptatorum hujusmodi, juriumque, & pertinentiarum eorundem inducere, & inductos defendere &c. Datum *Romæ* apud Sanctum *Petrum* anno &c. milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo, *) decimo ſeptimo Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri anno octavo.

*) Oligenius in diſſertatione de primariis precibus imperialibus pag. 68. annum 1492. ponit emortualem *Friderici* Imp. ſed fallitur, cum hiſtorice certum ſit: *Fridericum* vixiſſe usque ad diem 18. Auguſti

ſti an. 1493. Data eſt igitur hæc bulla anno vix non integro prius, quam *Fridericus* vivere deſiit.

Neque conſtat, *Maximilianum*, qui vivente Friderico preces primarias ad Capitula direxit, habuiſſe indultum, nam in executorialibus *Danielis* Archiep. Mog. Supra relatis nulla fit mentio bullæ ejusmodi Apoſtolicæ, nec in revocatoriis *Innocentii VIII.* inhibitorialium de non admittendis precibus *Maximiliani*; imo ex iisdem patet aſſerti noſtri veritas, cum *Innocentius* PP. verbis diſertis innuat, quod per diverſas litteras in forma brevis inhibuerit, ne preces *Maximiliani* admitterentur.

Exemplar precum *Maximiliani* ad Cathedralem Moguntinam an. MCCCCXCIII. undecima Decembris directum vide apud *Senckenberg ſelect. J. & H. Tom. 4. pag. 533.*

XXII.

ALIVD INDVLTVM INTERPRETATORIVM.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad futuram rei memoriam. Dum intra noſtre mentis archana debita conſideratione penſamus ſingularem fidei conſtantiam & integritatem & eximie devotionis effectum, quibus chariſſimus in Chriſto filius noſter *Maximilianus* Romanorum Rex illuſtris in noſtro & Apoſtolice ſedis conſpectu ſemper claruit & continue claret, dignum ymmo potius debitum reputamus ut ejus intuitu operam efficacem impendamus, ut ſibi grate & accepte alieque

bene

bene merite perſone in beneficiis eccleſiaſticis pro-viſionem percipiant congruentem. Sane dudum pro parte ipſius *Maximiliani* Regis nobis expoſito, quod a nonnullis revocabatur in dubium an primarie preces per eundem *Maximilianum* Regem porrecte collatoribus & collatricibus beneficiorum eccleſiaſticorum pro perſonis eccleſiaſticis beneficiandis poſt ipſius Regis *Maximiliani* aſſumptionem in Regem Romanorum chariſſimo in Chriſto filio noſtro *Friderico* Romanorum Imperatore ſemper Auguſto adhuc in humanis agente, ſortiri poſſent & deberent effectum, quem ſortiri potuerant, debuerant & conſueverant primarie preces, quas prefatus *Fredericus* & ejus predeceſſores Romanorum Imperatores qui pro tempore fuerant ex Apoſtolica conceſſione collatoribus & collatricibus prefatis duxerunt porrigendas, Nos per alias noſtras litteras prefato *Maximiliano* Regi & ejus conſideratione illis pro quibus preces hujusmodi porrexerat apoſtolica auctoritate conceſſimus, quod ſue preces predicte porrecte collatoribus ſive collatricibus quibus per *Fredericum* & predeceſſores predictos Romanorum imperatores porrigi ſoliti erant & non per eundem *Maximilianum* Regem porrecte fuerant quo ad beneficia eccleſiaſtica quecunque & qualicunque cum cura & ſine cura ſub illis comprehenſa eundem prorſus ſortientur effectum, quem ſortiri conſueverant ſimiles preces eorum Regum Romanorum qui imperio vacante ut Reges Romanorum retro actis temporibus electi & aſſumpti poſt adeptam per eos imperii coronam preces ipſas porrexe-

rant,

Digitized by Google

rant, prout in litteris prediɛtis plenius continetur, Nos igitur cupientes ut perſone pro quibus preces prediɛte per eundem *Maximilianum* Regem porreɛte ſunt ſeu in poſterum porrigentur optatum conſequantur effeɛtum motu proprio non ad perſonarum earundem vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate & ex certa ſcientia faɛta contemplatione diɛti Maximiliani Regis volumus & auɛtoritate apoſtolica decernimus quod preces prediɛte per eundem *Maximilianum* Regem porreɛte ſeu porrigende quibuscumque collatoribus & collatricibus in Civitatibus terris & locis Germanie & toto Romano Imperio extra tamen Italiam conſiſtentibus ad unum beneficium duntaxat ac ſingule littere deſuper confeɛte ſeu conferende ſive ille ſortite fuerint effeɛtum ſive non ab earum data valeant plenamque roboris firmitatem obtineant in omnibus & per omnia etiam ſuper quibus proceſſus in forma ſolita decreti non fuerint perinde ac ſi illi decreti fuiſſent ita tamen quod ſinguli collatores ultra quam in uno beneficio non graventur ſupplentes omnes & ſingulos defeɛtus qui forſan intervenerunt in eisdem & nihilominus venerabilibus fratribus Maguntinenſi & Colonienſi Archi Epiſcopis Auguſtenſi & Secovienſi Epiſcopis ac dileɛto filio Prepoſito ſanɛti *Bartholomei* Franckfurdenſi Magunt. Dioc. motu ſimili per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi aut alter eorum per ſe vel alium ſeu alios ad executionem litterarum ſuper precibus hujusmodi confeɛtarum que ſuum haɛtenus effeɛtum

ſortite non fuerunt procedant ac proceſſus in forma conſueta decernantur, nec non ſententias promulgent ut eſt moris in omnibus & per omnia perinde ac ſi litere ipſe eis directe fuiſſent, Nos cum omnibus & ſingulis perſonis pro quibus preces hujusmodi per eundem *Maximilianum* Regem porrecte fuerint ſeu porrigentur ut prefertur quorum nomina & cognomina preſentibus haberi volumus pro expreſſis ut in aſſecutione quorumcumque beneficiorum eccleſiaſticorum quarumcunque qualitatum fuerint ſub litteris eis per eundem *Maximilianum* Regem conceſſis comprehenſum omnibus & ſingulis antelationibus prerogativis decretis declarationibus ſuſpenſionibus exceptionibus derogationibus & clauſulis in quibuscunque litteris facultatum nominandi prefato *Friderico* Imperatori tam per felicis recordationis *Nicolaum* Papam quintum quam quoscunque alios Romanos Pontifices predeceſſores noſtros conceſſum, quorum omnium tenores & effectus ac ſi preſentibus de verbo ad verbum inſerti forent preſentibus haberi volumus pro expreſſis gaudere uti & potiri libere & licite valeant in omnibus & per omnia perinde ac ſi antelationes hujusmodi per eos ſpecialiter emanaſſent motu ſcientia & auctoritate predictis concedimus pariter & indulgemus, non obſtantibus premiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis nec non omnibus illis que in litteris prefato *Frederico* Imperatori ſuper hoc conceſſis predictis conceſſum eſt non obſtare, nec non quibuscunque gratiis

ex-

exſpectativis, ſpecialibus reſervationibus, unionibus, annexionibus, incorporationibus & litteris ad beneficia vacantia quibuscunque perſonis cujuscunque dignitatis ſtatus gradus nobilitatis vel preeminentie fuerint per Nos vel ſedem Apoſtolicam cum derogatione precum hujusmodi etiam motu & ſcientia ſimilibus conceſſis in poſterum forſan concedendis, per quas etiam ſi clauſulas ad derogationem hujusmodi efficaciſſimas & ſufficientiſſimas in ſe continerent, eisdem precibus tam porrectis quam porrigendis nullatenus derogatum fore aut in poſterum derogari poſſe, ſed preces ipſis non obſtantibus derogationibus ſimul & validis perſiſtere decernimus & declaramus ſicque per quoscumque judices Commiſſarios delegatos ſubdelegatos etiam cauſarum palatii Apoſtolici auditores atque ſancte Romane Eccleſie Cardinales tam in Romana curia quam extra eam in quibusvis cauſis motis & in quavis earum etiam perinde & ulterioris appellationis inſtantia pendentibus & movendis per quoscunque interpretari judicari ſententiari pariter & diffiniri debere ſublata eis cuilibet eorum quavis aliter interpretandi ſeu judicandi facultate & auctoritate, nec non ex nunc irritum decernimus & inane ſi ſecus ſuper hiis a quo quam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemplari contrariis non obſtantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre voluntatis conſtitutionis ſuppletionis mandati conceſſionis indulti decreti declarationis & ſtatuti infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis

 au-

Digitized by Google

autem attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* Anno Incarnationis Dominice Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo Idus Auguſti Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Maximiliano ſucceſſit *Carolus V.* Imperator electus 28. Junii 1519. qui rerum humanarum pertœſus, ſeſe imperio abdicavit an. MDLVI. & obiit MDLVIII. 21. Sept.

XXIII.

PRECES CAROLI V. IMP.

Carolus Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ac Germanie Hiſpaniarum utriusque Sicilie Hieruſalem Hungarie Dalmatie Croacie &c. Rex, Archidux Auſtrie Dux Burgundie Brabantie &c. Comes Habſpurgi Flandrie Tirolis &c. Venerabili N. Archiepiſcopo Trevirenſi ſacri Romani Imperii per Galliam Archi Cancellario Principi Electori & conſanguineo noſtro chariſſimo gratiam noſtram Ceſaream & omne bonum. Etſi Nos ad Romani Imperii faſtigium evectos titulisque Auguſti & Regio diademate decoratos ſumma ſemper ope niti decet, omnia ſacri Romani Imperii intemerata jura & conſuetudines laudabiles conſervare, par eſt tamen ut hoc diligentiori ſtudio preſtemus ſi quando integritate

tate vite & morum probitate aliisque virtutibus inſignitos meritis beneficiis & dignis honoribus afficiendos arbitramur, ſiquidem Imperatorum Regumque ſublimitas & magnitudo nullo expreſſius officio Dei optimi maximi ſimilitudinem referre poteſt quam ſi pluribus bene fecerit, qua de re cum nobis ad Predeceſſorum noſtrorum imitationem ex inveterata conſuetudine etiam Apoſtolica auctoritate roborata jus competat preces primarias ad omnes & ſingulos beneficiorum eccleſiaſticorum collatores collatrices Capitula conventus & Collegia ac alios de illis quomodolibet diſponendi jus habentes per univerſum Romanum Imperium conſtitutos dandi concedendi ac decernendi pro perſonis idoneis & nobis gratis ad conſequendum beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura tam ſecularia quam regularia etiamſi Canonicatus & prebenda Dignitates perſonatus adminiſtrationes vel officia fuerint in collegiali Cathedrali vel Metropolitana eccleſia & ad ea conſueverint qui per electionem aſſumi ad predictorum collatorum collatricum collegiorum ſive conventuum collationem nominationem preſentationem ſeu quamlibet aliam ordinationem vel proviſionem conjunctim vel diviſim quomodolibet ſpectantia, canonicatu nihilominus & prebenda cum dignitate officio vel adminiſtratione etiamſi ex perſona plurium ſucceſſive vacarent pro uno computatis beneficio & hujusmodi etiam predeceſſorum noſtrorum primariis precibus reverenter hactenus paritum ſit. Iccirco Romani Imperii jura & conſuetudines ut tenemur proſequi &

predeceſſorum noſtrorum veſtigiis inherere volentes primarias preces noſtras pro Devoto nobis dilecto *Nicolao Lanndt* de *Cellis* presbitero Treverenſis Dioceſis ad Devotionem tuam dedimus conceſſimus & decrevimus ac per preſentes damus concedimus & decernimus eandem adhortantes & pro conſervatione jurium & conſuetudinum Romani Imperii expreſſe requirentes ut beneficium eccleſiaſticum tam regulare quam ſeculare cum cura vel ſine cura etiamſi canonicatus & prebenda dignitas perſonatus adminiſtratio vel officium fuerit & ad illud conſueverint qui per electionem aſſumi in Metropolitana Cathedrali vel Collegiali eccleſia quod ad preſens ſive proxime quomodolibet ſimul vel ſucceſſive vacare contigerit ad collationem proviſionem nominationem ordinationem ſive quamlibet aliam diſpoſitionem tuam pertinens quod prefatus *Nicolaus* per ſe aut procuratorem ſuum intra menſem a die note ſibi vacationis duxerit acceptandum eidem *Nicolao* conferas ac ad id nomines ac illi de eo provideas ponendo eum in pacifica & quieta poſſeſſione ſtallum in choro & locum in Capitulo ei aſſignando cum plenitudine juris Canonici & fructuum perceptione qualibet contradictione ceſſante, & quo he primarie preces certiorem conſequantur effectum nominamus & deputamus auctoritate Apoſtolica nobis in hac parte conceſſa tenore preſentium Venerabilem N. Archiepiſcopum Colonienſem ſacri Romani Imperii Archi Cancellarium per Italiam Principem Electorem & conſanguineum noſtrum chariſſimum & honorabilem devotum nobis

dile-

dilectum *Claudium de Boiſſet* Decanum *Poligniaci* Conſiliarium noſtrum quemlibet videlicet eorum in ſolidum qui preſentibus requiſitus fuerit harum primariarum precum noſtrarum executores eisdem per preſentes expreſſe committentes & mandantes ut ſi forte devotio tua in contemptum & prejudicium jurium & conſuetudinum Romani Imperii ad parendum hujusmodi primariis precibus noſtris contumax & rebellis fuerit tanquam executores a nobis deputati ſub pena gravis indignationis noſtre quilibet eorum te realiter & cum effectu ad parendum per cenſuras eccleſiaſticas compellat, contumacia autem tua aut contemptu quod abſit per menſem continuum a die requiſitionis numerandum durante ex tunc omnibus & ſingulis privilegiis gratiis libertatibus & donationibus a Romanorum Imperatoribus & Regibus & aliis predeceſſoribus noſtris tibi conceſſis noveris te eo ipſo privatum & noſtra tuitione exutum, que & quas ex tunc tenore preſencium revocamus caſſamus & irrita eſſe volumus & te taliter contumacem & rebellem a beneficiis Majeſtatis noſtre reddimus alienum, harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum & ſigilli noſtri appenſione munitarum. Datum in oppido noſtro *Gandavo* die viceſima octava menſis Decembris Anno Domini Milleſimo quingenteſimo viceſimo primo regnorum noſtrorum Romani tertio, aliorum vero omnium ſexto.

Ad mandatum Cæſaree & Catholice Majeſtatis
Max. Tranſſylvan.

Taxa nihil. quia pro Electore Treverenſi.

XXIV.

EXECVTORIALES PRECVM CAROLI V. IMP.

H*ermannus* Dei gratia ſancte Colonienſis Eccleſie Archi Epiſcopus ſacri Romani Imperii per Italiam Archi Cancellarius Princeps Elector Weſtvalie & Angarie Dux Legatusque natus &c. judex & executor ad infraſcripta ex Ceſaree Majeſtatis deputatione auctoritate Apoſtolica conſtitutus honorabilibus ſincere nobis dilectis N. Decano & Capitulo Eccleſie Collegiate ſancti *Johannis intra muros* Mogunt. omnibusque aliis & ſingulis, quorum intereſt intererit ſeu intereſſe poterit quomodolibet in futurum quibuscunque nominibus cenſeantur aut quacumque fulgeant dignitate ſalutem in Domino & noſtris immo verius Apoſtolicis & Ceſareis firmiter obedire mandatis. Litteras Apoſtolicas felicis recordationis *Leonis* Pape decimi & alias ejus litteras in forma brevis decretas & conceſſas in & ſub forma publici tranſumpti per venerabilem ſincere nobis dilectum *Philibertum Naturelli* Prepoſitum & Archidiaconum Eccleſie Trajectenſis uti ex eodem legebatur decreti ejus ſigillo rotundo de rubea cera glauca circumducta in cordulis glauci nigrique colorum iisdem ſub impendente ſigillatas & per diſcretum devotum nobis dilectum *Johannem Pels* Clericum noſtre Colonienſis Dioc. ſacris Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus Notarium publicum manu ſua publica ſubſcripti & ſigno ſuo ſoli-

to ſignati, ſanas ſiquidem & integras non viciatas non cancellatas neque in aliqua earum parte ſuſpectas ſed omni prorſus vicio & ſuſpicione, ut apparuit, carentes nobis alias preſentatas, nos cum ea qua decuit reverencia recepiſſe noveritis hujusmodi ſub tenore. *Philibertus Naturelli* Prepoſitus & Archidiaconus eccleſie Trajectenſis univerſis & ſingulis preſentes litteras ſive preſens publicum transſumpti inſtrumentum viſuris lecturis pariter & audituris, ſalutem in Domino & preſentibus fidem indubiam adhibere. Litteras Apoſtolicas felicis recordacionis *Leonis* Pape *decimi* ejus vera bulla plumbea in filis ſericeis rubei croceique colorum more Romane curie, ſub impendente bullatas & alias ejus litteras in forma brevis decretas & conceſſas annulo Piſcatoris ab extra in cera rubea clauſas & ſignatas nobis perſpectabilem virum Magiſtrum *Maximilianum Tranſylvanum* glorioſiſſimi Principis & Domini Dñi *Caroli Quinti* divina favente Clementia Romanorum Imperatoris electi ſemper Auguſti Hiſpaniarum & utriusque Sicilie &c. Regis ſecretarium, ad effectum illas transſumendi & exemplandi coram Notario publico & teſtibus infraſcriptis nos cum ea qua decuit reverencia recepiſſe noveritis tenoris ſubſequentis.

XXV.

INDVLTVM A LEONE X. PP. CAROLO CONCESSVM.

Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Chariſſimo in Chriſto filio noſtro *Carolo* Romanorum & Hiſpaniarum Regi in Imperatorem electo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum poſt feliciſſimam tuam Imperialis diadematis ſuſceptionem nobis ſignificaveris ſummopere deſiderare perſonas eccleſiaſticas tibi gratas & acceptas gratia & munificentia tua aliqua beneficia eccleſiaſtica conſequi ipſaſque ex felici tua diadematis hujusmodi ſuſceptione magis letari poſſe, Nos quemadmodum magnis merentur efferri laudibus, inſignibusque preconiis commendari ea ſublimium principum deſideria & vota que in divini nominis & perſonarum illi Clericali vinculo aſtrictarum amorem feruntur & opere poſtmodum conſequente certum deducunt in actum, ita etiam dignum & pocius debitum exiſtimamus ut quum non ſolum te in fidei ſynceritate & devocione illibate eccleſie ſponſe noſtre fidelem advocatum devoviſti eamque humili profeſſione matrem & Dominam tuam recognoviſti & ad ipſius honorem ſacrique Romani Imperii decus unctionem victorie & imperiale diadema noſtro miniſterio ſuſcipere & in eis immobilis perſiſtere intendis, verum etiam tanquam ipſius eccleſie legitimus pugil & athleta te adverſus ſciſmaticorum & hereticorum inſanias ac furores ſpiritualiter & tempora-

poraliter armaſtii & indies arma hujusmodi jugiter exequi ea tibi favorabiliter concedamus que tue celſitudini cedant ad honorem & per que eisdem bene meritis perſonis te munificum reddere poſſis ope auctoritatis Apoſtolice exhibitione gratiarum; hinc eſt quod nos tuis ſupplicacionibus inclinati dicta auctoritate preſencium ſerie eidem celſitudini tue concedimus & indulgemus, quod ſi per te quibusvis collatoribus ſive collatricibus quorumlibet beneficiorum eccleſiaſticorum ſecularium vel regularium ordinum quorumcunque per ſacrum Romanum Imperium ubilibet conſtitutis, etiam ſi qui vel ſi que ex illis Pontificali vel alia quavis auctoritate prefulgeant ſeu Collegia Capitula & conventus fuerint ſuper ſingulis beneficiis eccleſiaſticis cum cura vel ſine cura ſecularibus vel ordinum hujusmodi regularibus in ſingulis Cathedralibus etiam Metropolitanis Collegiatis vel aliis quibusvis eccleſiis etiam ſi beneficia hujusmodi Canonicatus & prebende dignitates perſonatus adminiſtrationes vel officia in eisdem Cathedralibus etiam Metropolitanis vel Collegiatis & ipſe prebende in illis ex hujusmodi eccleſiis in quibus majores & minores prebende fore noſcantur etiam majores fuerint & ad dignitates perſonatus adminiſtrationes vel officia hujusmodi conſueverint qui per electionem aſſumi eisque cura immineat animarum dummodo dignitates ipſe in Cathedralibus etiam Metropolitanis poſt Pontificales majores aut Collegiatis eccleſiis hujusmodi principales non exiſtant ad eorundem Collatorum & Collatricum collationem proviſionem

pre-

preſentationem electionem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem communiter vel diviſim pertinentibus ſingulis perſonis que hujusmodi beneficiorum juxta ſtatuta & conſuetudines eccleſiarum in quibus ea fuerint ſive indulta eisdem eccleſiis per ſedem Apoſtolicam conceſſa alias capaces ſint conferendis ſeu ſuper hoc quod perſone hujusmodi ad illa recipiantur & admittantur preces porrigi ſive de perſonis eisdem ad hujusmodi beneficia nominationes fieri contigerit primarias iidem collatores & collatrices ſalvo quod ſingule collaciones & ſingule eccleſie ex hoc ultra quam in uno beneficio non graventur ac ipſi collatores & collatrices ſaltem quatuor beneficia eccleſiaſtica conferre habeant hujusmodi precibus & nominationibus parere & intendere nec non perſonas ipſas ad hujusmodi beneficia poſtquam ipſis de illis canonice proviſum fuerit juxta earundem precum aut nominacionum ſeriem recipere & admittere debeant & etiam teneantur, ita quod quoad easdem preces & canonicatum & prebendam dignitatem perſonatum adminiſtrationem vel officium in una eccleſia pro unico duntaxat beneficio computari debere declaramus. Quod quicunque in quibusvis dignitatibus conſtituti ſeu eccleſiarum Cathedralium Canonici ſinguli videlicet ex illis quos pro ſingulis perſonis predictis precum & nominacionum hujusmodi & ad hoc ut ille ſuum ſortiantur effectum etiam preſencium executores deputantur per ſe vel alium ſeu alios beneficia predicta tum in quibusvis etiam ordinariis collatoribus per conſtitutiones noſtras aut litteras alternativas aliaque

pri-

privilegia & indulta quecunque quomodolibet conceſſis & in poſterum concedendis aut aliis quibuscunque menſibus vacaverint & que perſone pro quibus preces & nominationes hujusmodi facte fuerint, quatinus hujusmodi preces ſive nominaciones ad illa ſe extendant infra menſem poſtquam ipſis vacatio beneficiorum hujusmodi innotuerit, duxerint acceptanda dummodo eedem perſone niſi Apoſtolice ſedis officiales vel cum rigore examinis in aliqua licita facultate graduati ſint ad hujusmodi beneficia obtinenda per diligentem examinationem executorum predictorum quorum conſciencias ſuper hoc oneramus reperte fuerint idonee, & ipſa beneficia diſpoſitioni apoſtolice generaliter reſervata non ſint ipſorumque collatio non fuerit juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad ſedem predictam legitime devoluta neque ſuper illis inter aliquos lis pendeat indeciſa cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis perſonis ipſis etiam unum, duo vel tria ſeu plura quarumcunque qualitatum & cujuscunque annui valoris eccleſiaſtica beneficia obtinentibus & expectantibus conferre & aſſignare, nec non omnia & ſingula que ad hoc ut precum ſeu nominacionum & acceptacionum ac collacionum hujusmodi ſuccedat effectus oportuna fuerint facere ut auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam exequi poſſint & valeant ſuper quibus ipſis plenam & liberam auctoritate predicta tenore preſentium poteſtatem concedimus ac etiam facultatem ac perſonis predictis pro quibus hujusmodi primarias preces porrigi ſive nominationes fieri con-

tige-

tigerit, quod ipſe expectativis ac nominationum ſeu ſpecialium reſervationum de quibusvis beneficiis pro eis factarum gratiis & mandatis de providendo ipſis de eisdem ſi que ipſis conceſſa fuerint una cum gracia precum & nominationum primariarum earundem uti poſſint nec aliqua gratiarum hujusmodi conſumpta relique earundem caſſe cenſeantur vel irrite indulgemus non obſtantibus noſtris de non utendo gratia expectativa ac reſervatione ſpeciali vel duabus graciis inſimul ac de inſinuatione & publicatione ac diligenciis per acceptantes deſuper faciendis ac in favorem ordinariorum collatorum nec non expectativas in forma pauperum habencium ac illuſtrium & graduatorum ac ſedis predicte officialium & certas qualitates inibi expreſſas habencium nec non ultima Aprilis & vigeſima ſexta Januarii & prima Decembris quinto vigeſima octava Junii menſium diebus ſexto Pontificatus noſtri annis & aliis quibuscunque in Cancellaria Apoſtolica quandocunque publicatis & publicandis ac aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis nec non aliis eccleſiarum in quibus beneficia hujusmodi forſan fuerint ſtatutis & conſuetudinibus illis preſertim quibus in eccleſiis in quibus majores & minores prebende hujusmodi fuerint, caveri dicitur, quod nullus inibi majorem prebendam aſſequi valeat niſi ad illam de minore gradatim & per optionem aſcendat, juramento confirmatione apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis contrariis quibuscunque aut ſi aliquibus ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujusmodi vel

aliis

aliis beneficiis eccleſiaſticis ſpeciales vel generales dicte ſedis vel legatorum ejus litere etiam noſtro vel eas concedentium motu proprio aut cujusvis etiam quocunque reſpectu & ad cujuscunque inſtanciam ſint conceſſe vel concedantur in poſterum ſeu ſi ſpeciales de hujusmodi beneficiis per nos & ſedem predictam aut quecunque alie quarumcunque nominandi & reſervandi facultatum quibusvis quacunque & eccleſiaſtica vel mundana dignitate fulgentibus per ſedem predictam conceſſarum vel concedendarum vigore reſervationes ſive earundem facultatum obtenta ad hujusmodi beneficia quarumcunque perſonarum nominationes pro tempore facte fuerint, quas quidem literas etiam ſi per eas ad inhibitionem reſervationem & decretum vel alias quomodolibet proceſſum fuerit nec non reſervationes facultates & nominationes cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis que preſentium effectum ſuſpendere impedire vel perimere aut alias eisdem preſentibus quomodolibet obſiſtere videntur ſive ex certa noſtra ſcientia & ſimili motu ſive alias ſub quibusvis forma & expreſſione verborum & que fortaſſe totalis ſui tenoris aſſertionem ac illorum quibus conceſſe ſint vel fuerint nominum & cognominum judicialem expreſſionem preſentibus faciendam ad hoc ut illis per easdem preſentes ſufficienter derogetur, exigunt vel requirunt & que ipſis preſentibus perinde ac ſi earum tenor de verbo ad verbum inſertus foret pro expreſſis habeantur emanaverint ac mandata de providendo inde ſecuta cum proceſ-

ſibus

ſibus pro ea pro tempore habitis niſi illi pro quibus emanaverint ut preſertur de venerabilium fratrum noſtrorum ſancte Romane eccleſie Cardinalium numero fuerint ad beneficia que precum & nominationum primariarum hujusmodi vigore per perſonas pro quibus ille facte fuerint acceptari & de quibus eis provideri contigerit minime extendi, quin immo in illorum aſſecutione perſonas ipſas omnibus & quibuscunque earum literarum ac expectativarum & reſervationum hujusmodi vigore & cum quibusvis antelationum prerogativis etiam illis quas certis noſtris familiaribus continuis commenſalibus in Cancellaria Apoſtolica & aliis noſtris literis ad effectum ut aliis in aſſecutione beneficiorum preferantur nominatim deſcriptis conceſſimus & cum ſimilibus derogatoriis clauſulis que nullis quo minus preſentium ſuccedat effectus ſuffragari debent expectantibus etiamſi illarum obtentu in quibusvis eccleſiis in Canonicos recepti ac de numero ipſorum familiarium continuorum commenſalium antiquorum fuerint, nec non gracias in communi forma pauperum habentibus ac officialibus & illuſtribus ac alias quascunque qualitates habentibus & noſtris familiaribus continuis commenſalibus antiquis & deſcriptis & in poſterum deſcribendis dictis Cardinalibus duntaxat exceptis anteferri volumus ſed nullum per hoc expectantibus ipſis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari ſeu ſi dictis collatoribus & collatricibus vel quibusvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum quod ad receptionem

nem vel proviſionem alicujus minime teneantur & ad id compelli aut quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, quodque de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ad eorum collacionem proviſionem preſentationem electionem ſeu quamvis aliam diſpoſicionem conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem & qualibet alia dicte ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cujuscunque tenoris exiſtat per quam preſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri & de qua cujuscunque toto tenore habenda ſit noſtris litteris mentio ſpecialis aut ſi perſone predicte preſentes non fuerint ad preſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus eccleſiarum in quibus hujusmodi beneficia fuerint ut prefertur, ſolita juramenta, dummodo in abſentia ſua per procuratores idoneos & cum ad eccleſias ipſas acceſſerint corporaliter illa præſtent nec non concordatorum nacionis Germanice & eorundem Concordatorum confirmacionibus ac predictis & quibusvis aliis quandocunque editis & edendis conſtitutionibus & regulis noſtris & dicte Cancellarie ad quarum ſolennitatum reſtrictionem formam vel ſatisfactionem ſeu obſervanciam habentes preces ſeu nominaciones hujusmodi minime teneantur nec ipſe preces ſub illis comprehendantur quoquomodo nec non quibusvis privilegiis indultis ac litteris Apoſtolicis & quibusvis gra-

ciis expectativis ſpecialibus vel generalibus etiam mentalibus reſervacionibus unionibus annexionibus & incorporacionibus ſuppreſſionibus & extinctionibus perpetuis & temporalibus nominacionibus ac reſervandi uniendi annectendi incorporandi ac nominatim & aliis conferendi commendandi ſupprimendi extinguendi aliisque citra acceſſus & regreſſus de conſenſu facultatibus literis mandatis & indultis quibuscunque item cum proviſionibus commendis & aliis diſpoſitionibus ex tunc & graciis quibusvis perſonis quibuscunque dignitatis ſtatus gradus vel condicionis exiſtentibus & quacunque etiam imperiali regali reginali ducali ſeu Epiſcopali Archi Epiſcopali Patriarchali vel majori auctoritate preeminencia nobilitate & excellencia ac etiam Cardinalatus honore fulgentibus & familiaribus continuis commenſalibus noſtris etiam deſcriptis & antiquis & in eorum ac eccleſiarum etiam Cathedralium & Metropolitanarum ac Patriarchalium & principalium monaſteriorum menſarum Capitulorum dignitatum & aliorum beneficiorum quorumcunque cum cura & ſine cura ſecularium & quorumvis ordinum regularium locorum piorum univerſitatum ſtudiorum & aliorum quorumcunque aut nullius favorem aut eorum nec non jurium ceſſorum vel ablatorum aut ſpoliorum damnorum etiam per infideles illatorum & obſequiorum etiam nobis & Romane eccleſie vel dicte ſedi aut pro fide Catholica impenſorum ſeu quibusvis aliis inexcogitabilibus & urgentiſſimis ac neceſſario exprimendis cauſis, conſideracione, contemplacione, inſtan-

ſtancia, intuitu, racione vel reſpectu ac motu proprio & ex certa ſciencia ac de apoſtolice poteſtatis plenitudine & cum quibusvis antelationibus prerogativis declaracionibus conceſſionibus favoribus ſuſpenſionibus & gratiis ac reſtitucionibus modificacionibus excepcionibus & annullativis irritativis ac derogatoriarum derogatoriis nec non predictam & alias quascunque conceſſas & concedendas gratias ſuſpendentibus ac illis derogantibus nec non mentis & intencionis ac perpetue & incommutabilis voluntatis noſtre fuiſſe & eſſe de non revocando aut ſuſpendendo gracias easdem & illis non derogando quomodolibet atteſtantibus & in priſtinum & validiſſimum ſtatum reponentibus reſtituentibus ac plenarie reintegrantibus ac per modum pacti & initi contractus ac perpetui ſtatuti nec non gracias ipſas ut de actu vacantibus expectare & ex tunc vere & non ficte etiam quoad poſſeſſionem dictorum beneficiorum ac omnes juris & facti defectus plenum eſſe ſortitas effectum decernentibus & declarantibus aliisque efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis per nos & ſedem predictam aut ejus legatos in genere vel in ſpecie etiam nominatim de dictis beneficiis conceſſis & alias quomodolibet emanatis quibus etiam ſi in illis quod illa non niſi certis modis & formis inibi expreſſis ac verbis & ſignis inibi appoſitis & cum diverſarum literarum apoſtolicarum expedicione & intimacione etiam diverſis temporibus facienda ac de conſenſu eorum quorum intereſſe concernebant eligenda conceſſa & facta ſint & eſſe cenſeantur ac expediri

poſſint ac ſi & non aliter per quoſcunque judices & perſonas judicari debeat caveatur expreſſe illorum omnium tenores preſentibus pro ſufficienter expreſſis ac de verbo ad verbum inſertis ac modos & formas hujuſmodi pro individuo ſervatis habentes ad effectum preſencium omnino derogamus & in dictis beneficiis cum ut prefertur vacaverint, effectum ſortiri aut locum ſibi vendicare nec non decernentes preſentes literas nulla tenus de ſurreptionis aut obreptionis vicio vel intencionis defectu notari aut impugnari poſſe nec debere & ſic per quoſcunque tam ordinaria quam delegata & mixta auctoritate fungentes judices & perſonas ubique judicari cognoſci atque decidi debere, ſublata eis & eorum cuilibet aliter judicandi cognoſcendi & decidendi facultate, nec non irritum & inane quicquid ſecus ſuper premiſſis omnibus & ſingulis vel eorum aliquo a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari decernimus ceteriſque contrariis quibuſcunque, volumus autem quod executores predicti de nominibus & cognominibus perſonarum, quibus dicta beneficia per vos conferri contigerit ac de diebus collationum hujuſmodi gentes Camere apoſtolice aut Collectores vel ſubcollectores fructuum eidem Camere debitorum in partibus illis pro tempore deputatos quantocyus certificare procurent. Preterea quia difficile foret preſentes literas ad ſingula loca deferri, volumus ac dicta auctoritate decernimus quod illarum tranſumptis manu alicujus notarii publici ſubſcriptis & ſigillo alicujus perſone in dignita-

nitate eccleſiaſtica conſtitute munitis eadem prorſus fides adhibeatur ubique que adhiberetur eisdem preſentibus ſi forent exhibite vel oſtenſe. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis indulti, declaracionis, derogacionis decrèti & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contra ire. ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignacionem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* Anno incarnacionis Dominice Milleſimo quingenteſimo viceſimo decimo Kalendas Maji, Pontificatus noſtri anno octavo. Aliarum vero literarum ſive Brevis Apoſtolici ſupraſcriptio erat talis.

XXVI.

BREVE APOSTOLICVM SVPER EXECVTORIAM PRECVM.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro *Carolo* Romanorum & Hiſpaniarum Regi Catholico in Imperatorem Electo. intus vero talis erant tenoris: *Leo* Papa *X.* Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Superioribus diebus Majeſtati tue, quod ſi per te quibusvis collatoribus ſive collatricibus quorumlibet beneficiorum eccleſiaſticorum ſecularium vel regularium ordinum quorumcunque per ſacrum Romanum Imperium ubilibet conſtitutis ſuper ſingulis

beneficiis eccleſiaſticis cum cura vel ſine cura etiam certo tunc expreſſo modo qualificatis ſingulis perſonis que hujusmodi beneficiorum juxta ſtatuta & conſuetudines eccleſiarum in quibus ea forent ſive indulta ipſis eccleſiis per ſedem Apoſtolicam conceſſa, alias capaces eſſent conferendis vel ſuper hoc quod perſone hujusmodi ad illa reciperentur & admitterentur preces porrigi ſive de perſonis eisdem ad hujusmodi beneficia nominationes fieri contigerit, primarias ipſi collatores & collatrices ſalvo quod ſinguli collatores & ſingule eccleſie ex hoc ultra quam in uno beneficio non gravarentur & ipſi collatores & collatrices ſaltem quatuor beneficia eccleſiaſtica conferre haberent, hujusmodi precibus & nominationibus parere & intendere nec non perſonas ipſas ad hujusmodi beneficia poſtquam ſibi de illis canonice proviſum foret juxta earundem precum aut nominationum ſeriem recipere & admittere deberent, atque etiam tenerentur, quodque executores per te ad hoc pro tempore deputandi per ſe vel alium ſeu alios beneficia predicta dummodo ipſe perſone, niſi dicte ſedis Officiales & in aliqua licita facultate graduati eſſent ad obtinendum beneficia hujusmodi per diligentem examinationem executorum predictorum, quorum conſciencias ſuper hoc oneravimus reperte eſſent idonee & beneficia ipſa diſpoſicioni Apoſtolice reſervata non eſſent ipſorumque collacio non eſſet juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad ſedem predictam legitime devoluta nec ſuper illis inter aliquos lis penderet indeciſa cum omnibus juribus & pertinen-

tinentiis ſuis eisdem perſonis conferre & aſſignare valerent decernentes perſonas ipſas omnibus & ſingulis in aſſecutione beneficiorum hujusmodi exceptis duntaxat venerabilibus fratribus noſtris ſancte Romane Eccleſie Cardinalibus anteferri ac dictos executores de nominibus & cognominibus perſonarum quibus dicta beneficia per eos conferri contigerit ac de diebus collationum hujusmodi gentes Camere Apoſtolice aut collectores vel ſubcollectores fructuum eidem Camere debitorum in partibus illis pro tempore deputatos quantocius certificare debere conceſſimus & indulſimus prout in noſtris inde confectis literis quarum tenores ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur & insererentur preſentibus haberi volumus pro expreſſis plenius continetur. Nos igitur ut Majeſtas tua longe preſtantioribus graciis illuſtretur motu proprio & ex certa noſtra ſcientia tenore preſencium volumus quod quelibet ex perſonis nominatis predictos executores & ſubexecutores etiamſi presbiteri aut Notarii exiſtant ad effectum nominationis de eo facte ac literarum predictarum quandocunque expedierit, deputare poſſit, quodque executores vel ſub executores predicti beneficia predicta etiamſi diſpoſicioni Apoſtolice alias quam juxta conſtitutionem felicis recordationis Benedicti Pape XII. predeceſſoris noſtri, que incipit: *ad regimen* diſpoſicioni Apoſtolice generaliter reſervata exiſtant & perſone nominate predicte ſecundum ſtatuta & conſuetudines eccleſiarum in quibus beneficia hujusmodi fuerint ſive indulta ipſis eccleſiis conceſſa ca-

Digitized by Google

paces ſeu in etate legitima conſtituti aut de legitimo matrimonio procreati dummodo alias cum eis fuerit Canonice diſpenſatum, non ſint etiam absque examinatione predictorum conferre libere. poſſint quodque perſone nominate predicte in aſſecutione dictorum beneficiorum etiam dictis Cardinalibus debeant anteferri & executores predicti gentibus Camere Apoſtolice aut Collectoribus vel ſubcollectoribus certificationem hujusmodi ſacere nullatenus teneantur, non obſtantibus premiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis nec non omnibus illis que in dictis literis voluimus non obſtare, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum *Rome* apud S. *Petrum* ſub annulo piſcatoris die duodecima Aprilis M. DXXI. Pontificatus noſtri anno nono. ſic ſubſcriptum Evangeliſta. Poſt quarum quidem literarum Apoſtolicarum pre inſertarum preſentationem & receptionem nobis per nos ut premittitur factas fuimus per eundem Magiſtrum *Maximilianum* ſecretarium inſtanter requiſiti quatenus illas tranſumere & exemplare ſeu tranſſumi & exemplari mandare, noſtrasque tranſſumpti & in forma *vidimus* literas deſuper neceſſarias oportunas decernere & concedere dignaremur. Nos igitur *Philibertus Naturelli* Prepoſitus & Archidiaconus antedictus easdem preinſertas literas Apoſtolicas vidimus, legimus, tenuimus, palpavimus & diligenter inſpeximus easque ſanas & integras non viciatas non cancellatas neque in aliqua ſui parte ſuſpectas ſed omni prorſus vicio & ſuſpicione carentes reperimus, iccirco ad ulteriorem di-

dicti Magiſtri *Maximiliani* ſecretarii inſtanciam illas per diſcretum virum Magiſtrum *Johannem Pels* Clericum Colonienſis Dioceſis Apoſtolica & imperiali auctoritatibus Notarium publicum infraſcriptum tranſſumi & exemplari atque cum dictis pre inſertis originalibus literis collacionari & in publicam transſumpti formam redigi mandavimus noſtrasque transſumpti literas deſuper decrevimus & conceſſimus prout decernimus & concedimus per preſentes, volentes & Apoſtolica auctoritate decernentes quod preſenti transſumpto ubique locorum in judicio & extra ſtetur illique talis ac tanta fides adhibeatur, quanta dictis preinſertis Originalibus literis adhiberetur ſi in medium producte forent ſeu exhibite. In quorum fidem preſentes literas ſive preſens publicum transſumpti inſtrumentum fieri & per Notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi, noſtrique ſigilli fecimus appenſione communiri. Datum & Actum *Gandavi* Tornacenſis dioceſis in domo hoſpitii noſtri ſub anno a Nativitate Domini Milleſimo Quingenteſimo viceſimo ſecundo, indictione decima die vero Dominica quinta menſis Januarii ſede Apoſtolica per obitum felicis recordationis *Leonis* Pape *X.* ut aſſeritur vacante, preſentibus ibidem honeſtis viris Dominis *Roperto Couſin* presbitero & Magiſtro *Chunrado Vererio* Clerico Mormenſ. & Treverenſ. dioc. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego *Johannes Pels* Clericus Colonienſis dioc. ſacra Apoſtolica & Imperiali Auctoritatibus Notarius publicus quia pre inſertarum literarum Apo-

Digitized by Google

ſtolicarum poſtulacioni & recepcioni transſumptique illarum peticioni & decreto aliisque premiſſis dum ſic ut premittitur per prefatum Reverendum Patrem Dominum *Philibertum* Prepoſitum & coram eo agerentur & fierent una cum prenominatis teſtibus preſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi, iccirco preſentes literas ſive preſens publicum transſumpti inſtrumentum manu alterius in quinque pergameni foliis preſenti annumerato fideliter ſcriptas exinde confeci, ſubſcripſi & in hanc publicam transſumpti formam redegi ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum ſigilli ejusdem Reverendi Patris Domini Prepoſiti per transfixum appenſione ſignavi, In fidem & teſtimonium premiſſorum rogatus & requiſitus. Et deinde videlicet tempore & loco infraſcriptis quasdam alias literas primariarum precum ſereniſſimi & invictiſſimi Principis & Domini Dñi *Caroli* divina favente Clemencia electi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti ac Germanie Hiſpaniarum utriusque ſicilie, Hieruſalem, Hungarie Dalmacie Croacie Regis, Archiducis Auſtrie, Ducis Burgundie, Brabancie &c. Comitis Habſpurgi flandrie Tirolis &c. ejus vero ſigillo rotundo de cera rubea glauca circumducta in preſſula pergamenea iisdem ſub impendente ſigillatas non viciatas non cancellatas neque in aliqua earum parte ſuſpectas ſed omni prorſus vicio & ſuſpicione carentes nobis pro parte ſincere nobis dilecti Petri Schweis in eisdem literis Regalibus principaliter nominati coram Notario & teſtibus infraſcriptis preſen-

ſentatas cum reverencia ſimili recepimus tenoris ſubſequentis.

XXVII.

PRECES CAROLI V. IMP.

Carolus Divina favente Clemencia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ac Germanie Hiſpaniarum utriusque ſicilie Hieruſalem Hungarie, Dalmacie Croacie &c. Rex, Archidux Auſtrie. Dux Burgundie, Brabancie & Comes Habſpurgi ac flandrie &c. honorabilibus devotis nobis dilectis N. Decano & Capitulo eccleſie Collegiate ſancti *Johannis intra muros* Mogunt. graciam noſtram Ceſaream & omne bonum. Etſi nos ad Romani Imperii faſtigium evectos titulisque Auguſti & Regio diademate decoratos ſumma ſemper ope niti decet, omnia ſacri Romani Imperii intemerata jura & conſuetudines laudabiles conſervare, par eſt tamen ut hoc diligenciori ſtudio preſtemus ſi quando integritate vite & morum probitate aliisque virtutibus inſignitos meritis beneficiis & dignis honoribus afficiendos arbitramur; ſiquidem Imperatorum Regumque ſublimitas & magnitudo nullo expreſſius officio Dei Optimi maximi ſimilitudinem referre poteſt, quam ſi pluribus benefecerit, qua de re cum nobis predeceſſorum noſtrorum imitatione & inveterata conſuetudine Apoſtolica auctoritate roborata jus competat preces primarias

ad

ad omnes & ſingulos beneficiorum eccleſiaſticorum collatores, collatrices, capitula conventus & collegia ac alios de illis quomodolibet diſponendi jus habentes per univerſum Romanum Imperium conſtitutos dandi concedendi ac decernendi pro perſonis idoneis & nobis gratis ad conſequendum beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura tam ſecularia quam regularia etiamſi Canonicatus & prebende dignitates perſonatus adminiſtraciones & officia fuerint in Collegiali Cathedrali vel Metropolitana eccleſia & ad ea conſueverint, qui per electionem aſſumi ad predictorum collatorum collatricum collegiorum ſive conventuum collacionem nominacionem, preſentacionem ſeu quamlibet aliam ordinacionem vel proviſionem conjunctim vel diviſim quomodolibet ſpectantia, canonicatu nihilominus & prebenda cum dignitate officio vel adminiſtratione etiamſi ex perſona plurium ſucceſſive vacarent pro uno computatis beneficio & hujusmodi etiam predeceſſorum noſtrorum primariis precibus reverenter hactenus paritum ſit; Iccirco Romani Imperii jura & conſuetudines ut tenemur, proſequi & predeceſſorum noſtrorum veſtigiis inherere volentes primarias preces noſtras pro devoto nobis dilecto *Petro Schweis* Clerico Treverenſ. Dioc. ad vos dedimus conceſſimus & decrevimus & per preſentes damus concedimus ac decernimus vos adhortantes ut pro conſervatione jurium & conſuetudinum Romani Imperii expreſſe requirentes ut beneficium eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura tam ſeculare quam regulare etiamſi canonicatus &

pre-

Digitized by Google

prebenda dignitas perſonatus adminiſtratio vel officium fuerit & ad illud conſueverint qui per electionem aſſumi in Metropolitana Cathedrali vel Collegiata eccleſia, quod ad preſens ſive proxime quomodolibet ſimul vel ſucceſſive vacare contigerit ad collacionem proviſionem preſentacionem nominacionem ordinacionem ſive quamlibet aliam diſpoſicionem veſtram pertinens quod prefatus *Petrus* per ſe vel procuratorem ſuum intra menſem a die note ſibi vacationis duxerit acceptandum, eidem Petro prout ad vos ſpectat, conferatis ac de eo provideatis ſeu ad id preſentetis & nominetis, ponendo eum in pacifica & quieta poſſeſſione ſtallum in choro & locum in Capitulo ei aſſignando um plenitudine juris Canonici & fructuum perceptione qualibet contradictione ceſſante, & quo hee primarie preces noſtre certiorem conſequantur effectum, nominamus & deputamus auctoritate Apoſtolica nobis in hac parte conceſſa tenore preſencium Venerabilem N. Archiepiſcopum Colonienſem ſacri Romani Imperii Archi Cancellarium per Italiam Principem Electorem & Conſanguineum noſtrum Chariſſimum & honorabilem devotum nobis dilectum *Claudium de Boiſſet* Decanum *Poligniaci* Conſiliarium noſtrum quemlibet videlicet eorum in ſolidum qui preſentibus requiſitus fuerit, harum primariarum precum noſtrarum executorem eidem per preſentes expreſſe committentes & mandantes ut ſi vos forte in contemptum & prejudicium jurium & conſuetudinum ſacri Romani Imperii ad parendum hujuſmodi primariis precibus noſtris contuma-

tumaces & rebelles fueritis, tanquam executor a nobis deputatus & ſub pena gravis indignacionis noſtre vos realiter & cum effectu ad parendum per cenſuras eccleſiaſticas compellat & alia faciat & exequatur juxta traditam ſibi in dictis literis Apoſtolicis poteſtatem, contumacia autem veſtra aut contemptu quod abſit per menſem continuum a die requiſitionis numerandum durante, ex tunc omnibus & ſingulis graciis libertatibus & donationibus a Romanorum Imperatoribus & Regibus ac aliis predeceſſoribus noſtris vobis quomodolibet conceſſis noveritis vos eo ipſo privatos & noſtra tuicione exutos, que & quas ex tunc tenore preſencium revocamus caſſamus & irrita eſſe volumus, & vos taliter contumaces & rebelles a beneficiis Majeſtatis noſtre reddimus alienos harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum & ſigilli noſtri appenſione munitarum. Datum in civitate noſtra Hiſpalenſi die decima nona menſis Aprilis Anno Dni Milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto regnorum noſtrorum Romani ſeptimo, aliorum vero omnium undecimo.

CAROLVS.

Ad mandatum Ceſaree ac Catholice Majeſtatis proprium.

Poſt quarum quidem literarum tam Apoſtolicarum quam Imperialium preinſertarum preſentacionem & receptionem nobis & per nos ut premittitur factas, fuimus igitur pro parte *Petri Schweys* in eisdem literis Imperialibus principaliter nominati

nati debita cum inſtancia requiſiti quatenus ad executionem earundem juxta preinſertarum literarum apoſtolicarum vim formam & tenorem procedere dignaremur, Nos igitur *Hermannus* Archi Epiſcopus judex & Executor antedictus attendentes requiſitionem hujusmodi fore juſtam & conſonam racioni prefatas literas tam apoſtolicas quam Imperiales alias hunc noſtrum proceſſum & in eis contenta vobis omnibusque aliis & ſingulis ſupradictis notificamus ac ad veſtram & cujuslibet veſtram noticiam deducimus & deduci volumus per preſentes, & nihilominus vobis ac veſtrum cuilibet in ſolidum auctoritate vobis commiſſa in virtute ſancte obediencie ac ſub infraſcriptis ſententiarum penis diſtricte precipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpacium poſt preſentacionem ſeu notificacionem præſentium, vobis factam & poſtquam pro parte dicti Petri deſuper vigore preſencium fueritis requiſiti, immediate ſequentium, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo & reliquos duos dies vobis ac univerſis & ſingulis ſupradictis pro tercio & peremptorio termino ac monicione Canonica aſſignamus eidem *Petro* vel ejus legitimo procuratori ejus nomine beneficium eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura etiamſi Canonicatus prebenda dignitas perſonatus Officium vel adminiſtracio fuerit conjunctim vel diviſim ad collacionem, nominacionem, ordinationem ſeu quamlibet aliam diſpoſicionem veſtram pertinens in preinſertis literis Imperialibus latius ſpecificandis, quod prenominatus *Petrus Schweis* per ſe aut procura-

cura-

Digitized by Google

curatorem ſuum ad hoc ab eo legittime conſtitutum infra unius menſis ſpacium poſtquam ſibi ve eidem procuratori vacacio illius innotuerit, duxerit acceptandum, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis univerſis conferatis & aſſignetis & ad id nominetis ac de eo provideatis non obſtantibus omnibusque in dictis literis Apoſtolicis prefatus ſanctisſimus Dominus noſter Papa voluit non obſtare. Quod ſi forte premiſſa omnia & ſingula non adimpleveritis ac mandatis & monicionibus noſtris hujusmodi immo verius Apoſtolicis non parueritis cum effectu, nos in vos ac omnes & ſingulos ſupradictos & veſtrum quemlibet qui in premiſſis culpabiles fueritis aut quo minus premiſſa omnia & ſingula ſuum debitum ſortiantur effectum impedimentum aliquod per vos vel ſubmiſſas perſonas directe vel indirecte quovis queſito colore vel ingenio preſtiteritis aut impediendo dictum *Petrum* principalem aut ejus legittimum procuratorem ſuper premiſſis auxilium conſilium vel favorem per vos vel alium ſeu alios ut prefertur dederitis ac in contradictores & rebelles impedientesque predictos ex nunc pro ut ex tunc & e contra ſingulariter in ſingulos predicta ſex dierum canonica monicione premiſſa excommunicacionis, in capitula vero Conventus ac Collegia quecunque in his forſan delinquentia, nec non eccleſias in quibus beneficium hujusmodi forſan fuerit, ſuſpenſionis a divinis & in ipſis & ipſorum delinquentium & rebellium interdicti eccleſiaſtici ſententias ferimus in his ſcriptis & promulgamus. Ceterum cum ad executionem

nem premiſſorum ad ulterius faciendam nequeamus quo ad preſens arduis prepediti negociis perſonaliter intereſſe, univerſis & ſingulis Dominis Abbatibus Prioribus Prepoſitis Decanis Archidiaconis Scolaſticis Cantoribus Cuſtodibus Theſaurariis Succentoribus Sacriſtis tam Cathedralium quam Metropolitanarum Collegiatarum Canonicis parochialiumque eccleſiarum Rectoribus ſeu locatenentibus earundem plebanis viceplebanis Capellanis curatis & non curatis Vicariis perpetuis altariſtis ceteriſque presbiteris clericis Notariis & tabellionibus publicis quibuscunque ubilibet conſtitutis & eorum cuilibet in ſolidum ſuper ulteriori executione premiſſorum facientes auctoritate Apoſtolica predicta tenore preſencium plenarie committimus vices noſtras, donec eas ad nos duxerimus revocandas, quos nos etiam & eorum quemlibet auctoritate & tenore predictis requirimus & monemus primo ſecundo tercio & peremptorie communiter vel diviſim eisque nihilominus & eorum cuilibet in virtute ſancte obediencie & ſub dicta excommunicacionis pena precipimus & mandamus quatinus infra tres dies poſt preſentacionem ſeu notificacionem preſencium ac requiſicionem ipſis deſuper pro parte antefati Petri Principalis factas immediate ſequentes, quos tres dies ipſis & eorum cuilibet ſuper hoc pro omni dilacione terminoque peremptorio ac monicione canonica aſſignamus, ita tamen quod in his exequendis unus eorum alterum non expectet, nec alter pro alio ſe excuſet, ad vos omneſque alios & ſingulos ſupradictos ac veſtrum

 quem-

Digitized by Google

quemlibet perſonaliter accedant literasque prediẽtas tam Apoſtolicas quam Imperiales & hunc noſtrum proceſſum ac in eis contenta vobis omnibusque aliis & ſingulis ſupra nominatis legant, intiment, inſinuent & fideliter publicare procurent, & nihilominus eidem *Petro Schweis* principali aut ejus legitimo procuratori pro eo de beneficio hujusmodi ſi vacat ac preſens vacavit ſive vacaverit ut prefertur poſt acceptationem predictam cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis conferri & aſſignari & ad id nominari ac de eodem provideri ipſumque vel procuratorem ſuum ejus nomine in Corporalem realem & actualem poſſeſſionem dicti beneficii juriumque & pertinentiarum predictorum poni & induci faciant ponant & inducant inductumque defendant ſibique de illius fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus univerſis prout ad vos communiter vel diviſim pertinet, plenarie & integre reſponderi & ſi Canonicatus & prebenda fuerit, ipſum in canonicum recipi & in fratrem ſtallum ſibi in choro & locum in capitulo cum plenitudine juris Canonici aſſignari faciant & alter eorum faciat & procuret realiter & cum effectu prefatis tamen canonicatu & prebenda cum dignitate officio vel adminiſtracione etiam ſi ex perſona plurium ſucceſſive vacarent pro uno computatis beneficio. Et Generaliter omnia & ſingula nobis in hac parte commiſſa plenarie exequantur juxta traditam ſeu directam nobis per prefatas literas tam Apoſtolicas quam Imperiales ac preſentis noſtri proceſſus vim formam tenorem, ita tamen quod

iidem

Digitized by Google

iidem ſubdelegati noſtri vel quicunque alter in prejudicium prefati *Petri Schweys* principalis vel procuratoris ſui nil valeant attemptare in premiſſis nec juxta proceſſus per nos habitos neque dictas ſententias per nos latas abſolvendo vel ſuſpendendo aliquid immutare. In ceteris que ſepe nominato *Petro Schweys* principali vel ejus procuratori nocere vel obeſſe poſſent, prefatis noſtris ſubdelegatis aut eorum cuilibet poteſtatem omnimodam denegamus. ſi tamen contingat nos ſuper premiſſis in aliquo procedere de quo nobis poteſtatem plenariam reſervamus, non intendimus tamen propterea commiſſionem noſtram hujusmodi in aliquo revocare, niſi de revocacione ipſa ſpecialem & expreſſam in noſtris literis fecerimus mencionem, prefatasque literas & hunc noſtrum proceſſum volumus penes antedictum *Petrum* principalem vel ejus procuratorem remanere & non per vos aut aliquem veſtrum ſeu quemcunque alium ipſis invitis detineri, Contrarium vero facientes prefatis noſtris ſententiis prout in ſcriptis late ſunt, dicta canonica monicione premiſſa volumus ſubjacere. Mandamus tamen copiam fieri de premiſſis eam petentibus & habere debentibus, petencium quidem ſumptibus & expenſis, abſolucionem vero omnium & ſingulorum qui prefatas noſtras ſententias aut earum aliquam incurrerit quoquo modo nobis vel ſuperiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes literas ſive preſens publicum inſtrumentum hujusmodi noſtrum

 pro-

Digitized by Google

proceſſum & ſe continentes ſive continens exinde fieri & per notarium publicum infra ſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus ſigillique noſtri juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum & Actum *Spire* in cenobio Fratrum Auguſtinenſium ſub Anno a Nativitate Domini Milleſimo quingenteſimo viceſimo ſexto Indiccione quarta decima, die vero Mercurii quinta decima menſis Auguſti Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Clementis* divina providentia Pape *ſeptimi* Anno tercio preſentibus ibidem fidelibus nobis dilectis *Gerlaco Scborn* & *Hermanno Becker* de *Valender* Clericis Trevirenſis Dioc. Cubiculariis noſtris teſtibus ad premiſſa vocatis atque rogatis.

Et ego *Johannes Huperti* de *Ramerstorf* Clericus Colonienſis dioceſis publicus ſacra Apoſtolica auctoritate Reverendiſſimique in Chriſto Patris & Domini Dñi *Hermanni* Archi Epiſcopi Colonienſis ſacri Romani Imperii per Italiam Archi Cancellarii Principis Electoris judicis & executoris ſupra nominati Notarius & Scriba, quia premiſſis omnibus & ſingulis dum ſic ut premittitur per Rm̄um Dñum Archi Epiſcopum Colonienſem judicem & executorem prefatum & coram eo fierent & agerentur una cum prenominatis teſtibus preſens interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi ac in notam ſumpſi ex qua hoc preſens publicum inſtrumentum manu alterius ſcriptum hujusmodi proceſſus in ſe continens fideliter confeci, ſubſcripſi, publicavi & in hanc publicam formam rede-

Digitized by Google

redegi ſignoque nomine & cognomine meis ſolitis & conſuetis una cum Rm̄i Dn̄i Archi Epiſcopi judicis & executoris ſupra nominati ſigilli appenſione ſignavi in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum rogatus & requiſitus.

XXVIII.

ALIÆ EXECVTORIALES PRECVM CAROLI V. IMP.

A*lbertus* miſeratione divina ſacro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli ſancti *Petri ad Vincula* presbyter Cardinalis & Legatus Natus, ſanctæ Moguntinæ ſedis ac Magdenburgenſis Eccleſiæ Archi Epiſcopus Princeps Elector, ſacri Romani Imperii per Germaniam Archi Cancellarius & Primas Adminiſtrator Halberſtatenſis, Marchio Brandenburgenſis, Stettinenſis, Pommeraniæ, Caſſuborum, Sclavorumque Dux, Burggravius Nurenburgenſis ac Rugiæ Princeps judex & Executor ac Commiſſarius a ſereniſſimo & Illuſtriſſimo Principe & Domino Dn̄o Carolo divina favente Clementia Romanorum Imperatore Auguſto ac Germaniæ Hiſpaniarum utriusque Siciliæ, Jheruſalem &c. Rege, Archiduce Auſtriæ, Duce Burgundiæ &c. Comite Flandriæ, Habſpurgi, Tyrolis &c. una cum Reverendo Dn̄o *Stephano Gabriele Merino* Patriarcha Indiarum Epiſcopo Giennenſi & venerabili *Claudio de Boiſſet* Decano *Polignìaci* prædictæ Cæſareæ

Majeſtatis Conſiliariis, noſtris in hac parte collegis, cum clauſula: *quemlibet in ſolidum*, in vim certarum litterarum Apoſtolicarum ad infra ſcripta ſpecialiter deputatus honorabilibus Decano & Capitulo eccleſiæ Collegiatæ *ſancti Stephani* in civitate noſtra Moguntinenſi devotis nobis in Chriſto dilectis omnibusque aliis & ſingulis ad quem vel quos præſentes noſtræ litteræ pervenerint quosque infraſcriptum tangit negotium ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum quibuscunque nominibus cenſeantur aut quacunque præfulgeant dignitate ſalutem in Domino & noſtris hujusmodi immo verius Apoſtolicis & Imperialibus firmiter obedire mandatis. Litteras Apoſtolicas Beatiſſimi in Chriſto Patris & Domini Dñi *Clementis* divina providentia Papæ *VII.* ejus vera bulla plumbea in filis ſericeis rubei croceique colorum ſub impendente bullatas & alias ejus litteras ſub forma Brevis ſub Annulo piſcatoris a tergo more Romanæ curiæ clauſas, ſanas quidem & integras non vitiatas non cancellatas nec in aliqua ſui parte ſuſpectas ſed omni prorſus vitio & ſuſpitione carentes alias nobis per ſpectabilem Virum *Alfonſum Valdeſium* præfati ſacratiſſimi Cæſaris ſecretarium præſentatas nos cum ea qua decuit reverentia recepiſſe noveritis tenoris ſubſequentis.

XXIX.

XXIX.

INDVLTVM CLEMENTIS VII. CAROLO V.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Chariſſimo in Chriſto filio noſtro *Carolo* Romanorum Imperatori ſemper Auguſto ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Digna conſideratione fidelitatis & devotionis tuæ merita, quibus in ſanctæ Romanæ eccleſiæ unitate & ſibi Apoſtolatus officio divinitus collati auctoritate conſervandis, prout eorum experientia edocente cognovimus ferventer afficeris intra noſtræ mentis perſtringentes interna congruere judicamus & æquum eſſe cenſemus, ut ab eadem eccleſia ſponſa noſtra cujus te non ſolum fidelem advocatum oſtendiſti & quam matrem & Dominam tuam recognoviſti, ad ipſius honorem ſacrique Romani Imperii decus unctionem & imperiale diadema noſtro miniſterio ſuſcipere meruiſti, verum etiam tanquam ipſius eccleſiæ legitimus pugil & athleta te adverſus ſciſmaticorum & hereticorum inſanos furores ſpiritualiter & temporaliter armaſti, eosque indies armis proſequi intendis nosque propterea ad ea tibi concedenda inducimur, per quæ tuæ celſitudini honor accreſcat ac perſonis bene meritis & tibi gratis & acceptis te munificum reddere poſſis; Hinc eſt quod Nos tibi cui felicis recordationis *Leo* Papa *X.* prædeceſſor noſter, cum poſt feliciſſimam tuam primam Imperialis diadematis ſuſceptionem ſibi ſigni-

ficares ſummopere deſiderare perſonas eccleſiaſticas tibi gratas & acceptas gratia & munificentia tua aliqua beneficia eccleſiaſtica conſequi ipſasque ex felici tua diadematis ſuſceptione prædicta magis lætari poſſe, idem prædeceſſor Majeſtati tuæ quod ſi per te quibusvis collatoribus ſive collatricibus quorumlibet beneficiorum eccleſiaſticorum ſecularium vel regularium ordinum quorumcunque per ſacrum Romanum Imperium ubilibet conſtitutis ſuper ſingulis beneficiis eccleſiaſticis cum cura vel ſine cura etiam certo tunc expreſſo modo qualificatis ſingulis perſonis conferendis vel ſuper hoc quod perſonæ hujusmodi ad illa reciperentur & admitterentur preces porrigi ſive de perſonis eisdem ad hujusmodi beneficia nominationes fieri contingeret primarias, ipſi collatores & collatrices etiam ſi ſinguli collatores & ſingulæ eccleſiæ ex hoc ultra quam in uno beneficio gravarentur & ipſi collatores & collatrices ultra quatuor beneficia eccleſiaſtica conferre non haberent, hujusmodi precibus & nominationibus parere & intendere necnon perſonas ipſas ad hujusmodi beneficia poſtquam ſibi & illis canonice proviſum foret juxta earum precum & nominationum ſeriem recipere & admittere deberent, per quasdam indulſit; Nosque tam in regnis Hiſpaniarum quam in Flandria & Comitatu Brabantiæ & aliis locis in Germania inferiori tibi ſubjectis facultatem nominandi certas perſonas ad certa beneficia tunc certo modo qualificata ad collationem quorumcunque collatorum & collatricum in Hiſpania & Germania inferiori hujusmodi conſiſten-

ſiſtentium ſpectantia per diverſas noſtras litteras etiam indulſimus prout in noſtris & ipſius prædeceſſoris litteris deſuper confectis plenius continetur. Cum Majeſtas ipſa tua tanto longe præſtantioribus gratiis illuſtretur, quanto eccleſia ipſa tuæ diadematis noſtro miniſterio ſuſceptionis hujusmodi gloria & honore lætatur, tuis ſupplicationibus inclinati dicta auctoritate præſentium ſerie eidem celſitudini tuæ ultra prædictas facultates nominandi perſonas hujusmodi de uberiori gratia etiam concedimus & indulgemus quod ſi per te quibusvis collatoribus ſive collatricibus quorumlibet beneficiorum eccleſiaſticorum ſecularium vel regularium ordinum quorumcunque per ſacrum Romanum Imperium ubilibet conſtitutis etiam ſi qui vel ſi quæ ex illis Pontificali vel alia quavis auctoritate prefulgeant ſeu Collegia Capitula & conventus fuerint ſuper ſingulis beneficiis eccleſiaſticis cum cura vel ſine cura ſecularibus vel ordinum hujusmodi regularibus in ſingulis Cathedralibus etiam Metropolitanis Collegiatis vel aliis quibusvis eccleſiis etiamſi beneficia hujusmodi Canonicatus & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes vel officia in eisdem Cathedralibus etiam Metropolitanis vel Collegiatis & ipſæ præbende in illis ex hujusmodi eccleſiis in quibus majores & minores præbendæ fore noſcuntur, etiam majores fuerint & ad dignitates perſonatus adminiſtrationes vel officia hujusmodi conſueverint qui per electionem aſſumi eisque cura immineat animarum, dummodo dignitates ipſæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis

I 5

nis poſt Pontificales majores aut Collegiatis eccleſiis hujusmodi principales non exiſtant ad eorundem Collatorum & Collatricum proviſionem præſentationem electionem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem communiter vel diviſim pertinentia ſingulis perſonis idoneis conferendis ſeu ſuper hoc quod perſonæ hujusmodi ad illa recipiantur & admittantur preces de novo porrigi ſive de perſonis eisdem ad hujusmodi beneficia nominationes fieri contigerit, iidem collatores & collatrices etiam ſi ſingulæ collationes & ſingulæ eccleſiæ ex hoc ultra quam in uno beneficio graventur ipſique collatores & collatrices ſolum quatuor beneficia eccleſiaſtica conferre habeant hujusmodi novis precibus & nominationibus parere & intendere nec non perſonas ipſas ad hujusmodi beneficia poſtquam ipſis de illis canonice proviſum fuerit juxta poſteriorum precum hujusmodi aut nominationum ſeriem recipere & admittere debeant & etiam teneantur, ita quod quoad easdem preces & canonicatum & præbendam dignitatem perſonatum adminiſtrationem vel officium in una eccleſia pro unico duntaxat beneficio computari debere declaramus, quodque quicunque in quibusvis dignitatibus conſtituti ſeu eccleſiarum Cathedralium Canonici ſeu presbiteri vel notarii ſinguli videlicet ex illis quos pro ſingulis perſonis predictis precum & nominationum hujusmodi & ad hoc ut illæ ſuum ſortiantur effectum etiam præſentium executores deputaveris per ſe vel alium ſeu alios beneficia prædicta cum in quibusvis etiam Ordinariis, collatoribus per conſtitutiones noſtras

Digitized by Google

ſtras ac litteras alternativas aliaque privilegia & indulta quæcunque quomodolibet conceſſis & in poſterum concedendis aut aliis quibuscunque menſibus vacaverint & quæ perſonæ pro quibus preces & nominationes hujusmodi factæ fuerint, quatenus hujusmodi preces ſive nominationes ad illa ſe extendant infra menſem poſtquam ipſis vacatio beneficiorum hujusmodi innotuerit, duxerint acceptanda, dummodo eædem perſonæ niſi Apoſtolicæ ſedis officiales vel cum rigore examinis in aliqua licita facultate graduati ſint ad hujusmodi beneficia obtinenda per diligentem examinationem executorum prædictorum quorum conſcientias ſuper hoc oneramus repertæ fuerint idoneæ & ipſa beneficia diſpoſitioni apoſtolicæ generaliter reſervata non ſint, ipſorumque collatio non fuerit juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad ſedem prædictam legitime devoluta, neque ſuper illis inter aliquos lis pendeat indeciſa, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis perſonis ipſis etiam unum duo vel tria ſeu plura quarumcunque qualitatum & cujuscunque annui valoris eccleſiaſtica beneficia obtinentibus & expectantibus conferre & aſſignare nec non omnia & ſingula quæ ad hoc ut precum ſeu nominationum & acceptationum ac collationum hujusmodi ſuccedat effectus oportuna fuerint facere & auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam exequi poſſint & valeant, ſuper quibus ipſis plenam & liberam auctoritate prædicta tenore præſentium facultatem atque etiam poteſtatem concedimus atque perſonis prædictis pro quibus hujusmodi

modi preces porrigi ſive nominationes fieri contigerit, quod ipſæ expectativis ac nominationum ſeu ſpecialium reſervationum de quibusvis beneficiis pro eis factarum gratiis & mandatis de providendo ipſis de eisdem ſi quæ ipſis conceſſa fuerint una cum gratia precum & nominationum earundem uti poſſint, nec aliqua gratiarum hujusmodi conſumpta reliquæ earundem caſſæ cenſeantur vel irritæ indulgemus. Non obſtantibus prioribus conceſſionibus indultis & litteris per eundem prædeceſſorem tibi conceſſis prædictis ac noſtris de non utendo gratia expectativa ac reſervatione ſpeciali vel duabus gratiis inſimul ac de inſinuatione & publicatione ac diligentiis per acceptantes deſuper faciendis ac in favorem Ordinariorum collatorum nec non expectativas in forma pauperum habentium ac illuſtrium & graduatorum ac ſedis prædictæ officialium & certas qualitates inibi expreſſas habentium, nec non aliis quibuscunque in Cancellaria Apoſtolica quandocunque publicatis & publicandis ac aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis nec non aliis eccleſiarum in quibus beneficia hujusmodi forſan fuerint ſtatutis & conſuetudinibus illis præſertim quibus in eccleſiis in quibus majores & minores præbendæ hujusmodi fuerint caveri dicitur, quod nullus inibi majorem præbendam aſſequi valeat niſi ad illam de minori gradatim & per optionem accedant, juramento confirmatione apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis contrariis quibuscunque, aut ſi aliquibus ſu-

per

per proviſionibus ſibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ſpeciales vel generales dictæ ſedis vel legatorum ejus, literæ etiam noſtro vel eas concedentium motu proprio aut cujusvis etiam quocunque reſpectu & ad cujuscunque inſtantiam ſint conceſſæ vel concedantur in poſterum ſeu ſi ſpeciales de hujusmodi beneficiis per nos & ſedem prædictam aut quæcunque aliæ quarumcunque nominandi & reſervandi facultatum quibusvis quacunque etiam eccleſiaſtica vel mundana dignitate fulgentibus per ſedem prædictam conceſſarum vel concedendarum vigore reſervationes ſive earundem facultatum obtenta ad hujusmodi beneficia quarumcunque perſonarum nominationes pro tempore factæ fuerint, quas quidem litteras etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum vel alias quomodolibet proceſſum fuerit, nec non reſervationes facultates & nominationes cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis quæ præſentium effectum ſuſpendere impedire vel perimere aut alias quomodolibet eisdem præſentibus obſiſtere videntur, ſive ex certa noſtra ſcientia & ſimili motu ſive alias ſub quibusvis forma & expreſſione verborum & quæ fortaſſe totalis ſui tenoris inſertionem ac illorum quibus conceſſæ ſint vel fuerint nominum & cognominum individualem expreſſionem præſentibus faciendam, ad hoc ut illis per easdem præſentes ſufficienter derogetur, exigunt vel requirunt & quæ ipſis præſentibus perinde ac ſi earum tenor de verbo ad verbum inſertus foret pro expreſſis habeantur emanaverint ac

man-

mandata de providendo inde ſecuta cum proceſſibus per ea pro tempore habitis niſi illi pro quibus emanaverint ut præfertur, de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium numero fuerint ad beneficia quæ precum nominationum primariarum hujusmodi vigore per perſonas pro quibus illæ factæ fuerint acceptari & de quibus eis provideri contigerit minime extendi, quin imo in illorum aſſecutione perſonas ipſas omnibus & quibuscunque earum litterarum ac expectativarum & reſervationum hujusmodi vigore & cum quibusvis antelationum prærogativis etiam illis quas certis noſtris familiaribus continuis commenſalibus in Cancellaria Apoſtolica & aliis noſtris litteris ad effectum ut aliis in aſſecutione beneficiorum præferantur nominatim deſcriptis conceſſimus & cum ſimilibus derogatoriis clauſulis quæ nulli quo minus præſentium ſuccedat effectus ſuffragari debeant expectantibus etiamſi illarum obtentu in quibusvis eccleſiis in Canonicos recepti ac de numero ipſorum familiarium continuorum commenſalium antiquorum fuerint, nec non gratias in communi forma pauperum habentibus ac officialibus & illuſtribus ac alias quascunque qualitates habentibus & noſtris familiaribus continuis commenſalibus antiquis & deſcriptis & in poſterum deſcribendis dictis Cardinalibus duntaxat exceptis anteferri volumus, ſed nullum per hoc expectantibus ipſis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari, ſeu ſi dictis collatoribus & collatricibus vel quibusvis aliis communiter vel diviſim

ſim ab eadem ſit ſede indultum, quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur & ad id compelli aut quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, quodque de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ad eorum collationem proviſionem præſentationem electionem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia Generali vel ſpeciali cujuscunque tenoris exiſtat quanquam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus eorum impediri valeat quomodolibet vel differri & de qua cujusque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis aut ſi perſonæ prædictæ præſentes non fuerint ad præſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus eccleſiarum, in quibus hujusmodi beneficia fuerint ut præfertur ſolita juramenta, dummodo in abſentia ſua per procuratores idoneos & cum ad eccleſias ipſas acceſſerint, corporaliter illa præſtent, necnon Concordatis Nationis Germanicæ & eorundem concordatorum conformationibus ac prædictis & quibusvis aliis quandocunque editis & edendis conſtitutionibus & regulis noſtris & dictæ Cancellariæ ad quarum ſolennitatum reſtrictionem formam vel ſatisfactionem ſeu obſervantiam habentes preces ſeu nominationes hujusmodi minime teneantur, nec ipſæ preces ſub illis comprehendantur quoquomodo, Nec non quibusvis privile-

giis

giis indultis ac litteris Apoſtolicis & quibusvis gratiis expectativis ſpecialibus vel generalibus etiam mentalibus reſervationibus, unionibus, annexionibus & incorporationibus, ſuppreſſionibus & extinctionibus perpetuis & temporalibus nominationibus ac reſervandi uniendi, annectendi, incorporandi ac nominatis & aliis conferendi, commendandi, ſupprimendi, extinguendi aliisque citra acceſſus & regreſſus de conſenſu facultatibus, litteris, mandatis & indultis quibuscunque etiam cum proviſionibus commendis & aliis diſpoſitionibus ex tunc & gratiis quibusvis perſonis cujuscunque dignitatis ſtatus gradus vel conditionis exiſtentibus & quacunque etiam Imperiali, Regali, Reginali Ducali ſeu Epiſcopali, Archi Epiſcopali Patriarchali vel majori auctoritate præeminentia, nobilitate & excellentia ac etiam Cardinalatus honore fulgentibus & familiaribus continuis commenſalibus noſtris etiam deſcriptis & antiquis & in eorum ac eccleſiarum etiam Cathedralium & Metropolitanarum ac Patriarchalium & primitialium Monaſteriorum menſarum Capitulorum Dignitatum & aliorum beneficiorum quorumcunque cum cura & ſine cura ſecularium & quorumvis ordinum regularium locorum piorum univerſitatum ſtudiorum & aliorum quorumcunque aut nullius favorem aut eorum nec non jurium ceſſorum vel ablatorum aut ſpoliorum damnorum etiam per infideles illatorum & obſequiorum etiam Nobis & Romanæ eccleſiæ vel dictæ ſedi aut pro fide Catholica impenſorum ſeu quibusvis aliis inexcogitabilibus & urgentiſſimis

Digitized by Google

mis ac neceſſario exprimendis cauſis conſideratione contemplatione inſtantia intuitu ratione vel reſpectu ac motu proprio & ex certa ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine & cum quibusvis antelationibus prærogativis declarationibus conceſſionibus favoribus ſuſpenſionibus & gratiis ac reſtitutionibus modificationibus exceptionibus & annullativis irritativis ac derogatoriarum derogatoriis nec non prædictam & alias quascunque conceſſas & concedendas gratias ſuſpendentibus ac illis derogantibus nec non mentis & intentionis ac perpetuæ & incommutabilis voluntatis noſtræ fuiſſe & eſſe de non revocando aut ſuſpendendo gratias easdem & illis non derogando quomodolibet atteſtantibus & in priſtinum & validiſſimum ſtatum reponentibus reſtituentibus ac plenarie reintegrantibus ac per modum pacti & initi contractus ac perpetui ſtatuti nec non gratias ipſas ut de actu vacantibus expectare & ex tunc vere & non ficte etiam quoad poſſeſſionem dictorum beneficiorum ac omnes juris & facti defectus plenum eſſe ſortitas effectum decernentibus & declarantibus aliisque efficacioribus efficaciſſimis ac inſolitis clauſulis per nos & ſedem prædictam aut ejus legatos in genere vel in ſpecie etiam nominatim de dictis beneficiis conceſſis & alias quomodolibet emanatis quibus etiam ſi in illis quod illa non niſi certis modis & formis inibi expreſſis ac verbis & ſignis inibi appoſitis & cum diverſarum litterarum Apoſtolicarum expeditione & intimatione etiam diverſis temporibus facienda ac de conſenſu eorum quorum inter eſſe concernebat

Digitized by Google

eligenda conceſſa & facta ſint & eſſe cenſeantur ac expediri poſſint ac ſic & non aliter per quoscunque judices & perſonas judicari debeat caveatur expreſſe illorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis ac de verbo ad verbum inſertis ac modos & formas hujusmodi pro individuo ſervatis habentes ad effectum præſentium omnino derogamus & in dictis beneficiis, cum ut præfertur, vacaverint effectum ſortiri aut locum ſibi vendicare, nec non decernentes præſentes litteras nullatenus de ſubreptionis & obreptionis vitio vel intentionis defectu notari aut impugnari poſſe nec debere & ſic per quoscunque tam ordinaria quam delegata & mixta auctoritate fungentes judices & perſonas ubique judicari cognoſci atque decidi debere ſublata eis & eorum cuilibet aliter judicandi cognoſcendi & decidendi facultate & auctoritate, nec non irritum & inane quicquid ſecus ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis vel eorum aliquo a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari decernimus cœterisque contrariis quibuscunque volumus autem quod executores prædicti de nominibus & cognominibus perſonarum quibus beneficia hujusmodi per eos conferri contingerit ac de diebus collationum hujusmodi pertingentes Cameræ Apoſtolicæ aut collectores ſeu ſub collectores fructuum eidem Cameræ debitorum in partibus illis pro tempore deputatos quantocius certificare procurent, & quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula loca deferri, volumus ac dicta auctoritate decernimus quod illarum tranſump-

ſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtituta munitis eadem prorſus fides adhibeatur ubique quæ adhiberetur præſentibus eisdem ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis indulti declarationis voluntatis derogationis & decreti infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Romæ* apud S. *Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ MDXXX. XIIII. Kal. Decembris Pontificatus noſtri Anno VII. Præfati vero Brevis Apoſtolici ſupra ſcriptio erat talis.

XXX.

BREVE APOSTOLICVM SVPER EXECVTIONE PRECVM.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro *Carolo* Romanorum Imperatori ſemper Auguſto. *Clemens* PP. *VII.* Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Dudum ſiquidem ſub Dat. XIIII. Kal. Decembris Pontificatus noſtri Anno VII. Majeſtati tuæ, cui felicis recordationis *Leo* Papa *X.* prædeceſſor noſter, cum poſt feliciſſimam Imperialis diadematis ſuſceptionem ſibi ſignificares ſummopere deſiderare perſonas eccleſiaſti-

cas tibi gratas & acceptas gratia ac munificentia tua aliqua beneficia conſequi, ipſasque ex felici tui diadematis ſuſceptione prædicta magis lœtari poſſe idem prædeceſſor Majeſtati tuæ quod ſi per te quibusvis collatoribus ſive collatricibus quorumlibet beneficiorum eccleſiaſticorum ſecularium vel regularium ordinum quorumcunque per ſacrum Romanum Imperium ubilibet conſtitutis ſuper ſingulis beneficiis eccleſiaſticis cum cura vel ſine cura etiam certo tunc expreſſo modo qualificatis ſingulis perſonis conferendis vel ſuper hoc quod perſonæ hujusmodi ad illa reciperentur & admitterentur preces porrigi ſive de perſonis eisdem ad hujusmodi beneficia nominationes fieri contingeret primarias, ipſi collatores & collatrices etiam ſi ſinguli collatores & ſingulæ eccleſiæ ex hoc ultra quam in uno beneficio gravarentur & ipſi collatores & collatrices ultra quatuor beneficia eccleſiaſtica conferre non haberent hujusmodi precibus & nominationibus parere & intendere nec non perſonas ipſas ad hujusmodi beneficia poſtquam ſibi de illis canonice proviſum foret juxta earundem precum aut nominationum ſeriem recipere & admittere deberent per quasdam indulſit, Nosque tam in regnis Hiſpaniarum quam in Flandria & Comitatu Brabantiæ & aliis locis in Germania inferiori tibi ſubjectis facultatem nominandi certas perſonas ad certa beneficia tunc certo modo qualificata ad collationem quorumcunque collatorum & collatricum in Hiſpania & Germania inferiori hujusmodi conſiſtentium ſpectantia ac etiam ultra prædictas facultates nominandi

nandi perſonas hujusmodi eidem Celſitudini tuæ de uberiori gratia etiam conceſſimus & indulſimus, quod ſi per te quibusvis collatoribus ſive collatricibus quorumlibet beneficiorum eccleſiaſticorum ſecularium vel regularium ordinum quorumcunque per ſacrum Romanum Imperium ubilibet conſtitutorum ſuper ſingulis beneficiis eccleſiaſticis cum cura vel ſine cura etiam certo tunc expreſſo modo qualificatis ſingulis perſonis quæ hujusmodi beneficiorum juxta ſtatuta & conſuetudines eccleſiarum in quibus ea forent ſive indulta ipſis eccleſiis per ſedem Apoſtolicam conceſſa alias capaces eſſent conferendis vel ſuper hoc quod perſonæ hujusmodi ad illa reciperentur & admitterentur preces porrigi ſive de perſonis eisdem ad hujusmodi beneficia nominationes fieri contigerit ipſi collatores & collatrices poſterioribus hujusmodi precibus & nominationibus parere & intendere nec non perſonas ipſas ad hujusmodi beneficia poſtquam ſibi de illis canonice proviſum foret juxta earundem precum & denominationum ſeriem recipere & admittere deberent ac etiam tenerentur, quodque executores per te ad hoc pro tempore deputandi per ſe vel alium ſeu alios beneficia predicta dummodo ipſæ perſonæ niſi dictæ ſedis Officiales vel cum rigoroſo examine in aliqua licita facultate graduati eſſent ad obtinendum beneficia hujusmodi per diligentem examinationem executorum prædictorum quorum conſciencias ſuper hoc oneravimus repertæ eſſent idoneæ ac beneficia ipſa diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſervata non

eſſent ipſorumque collacio non eſſet juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad ſedem prædictam legitime devoluta nec ſuper illis inter aliquos lis penderet indeciſa cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis eisdem perſonis conferre & aſſignare valerent decernentes perſonas ipſas omnibus & ſingulis in aſſecutione beneficiorum hujusmodi exceptis duntaxat venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus anteferri & dictos executores de nominibus & cognominibus perſonarum quibus dicta beneficia per eos conferri contigerit ac de diebus collationum hujusmodi per Agentes Cameræ Apoſtolicæ collectores vel ſubcollectores fructuum eidem Cameræ debitorum in partibus illis pro tempore deputatos quantotius certificare debere per diverſas noſtras litteras conceſſimus & indulſimus prout in noſtris & ipſius prædeceſſoris inde confectis litteris quarum tenores ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur & inſererentur præſentibus haberi volumus pro expreſſis plenius continetur, Nos igitur ut Majeſtas tua tanto longe præſtantioribus gratiis illuſtretur quanto ſancta Mater Eccleſia tui diadematis noſtro miniſterio ſuſceptione lætatur, motu proprio & ex certa ſcientia noſtra tenore præſentium volumus quod quælibet ex perſonis nominatis prædictis executores & ſubexecutores etiamſi presbiteri aut notarii exiſtant ad effectum nominationis de eo factæ ac litterarum prædictarum quandocunque expedierit deputare poſſit, quodque executores vel ſub executores prædicti beneficia prædicta etiamſi diſpoſitioni Apoſtoli-

ſtolicæ alias quam juxta conſtitutionem felicis recordationis *Benedicti* Papæ *XII.* prædeceſſoris noſtri quæ incipit: *ad regimen.* Diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſervata exiſtant & perſonæ nominatæ prædictæ ſecundum ſtatuta & conſuetudines eccleſiarum in quibus beneficia hujusmodi fuerint ſive indulta ipſis eccleſiis conceſſa capaces ſeu in ætate legitima conſtituti aut de legitimo matrimonio procreati dummodo alias cum eis fuerit canonice diſpenſatum, non ſint etiam absque examinatione prædictorum conferre libere poſſint, quodque perſonæ nominatæ prædictæ in aſſecutione dictorum beneficiorum etiam dictis Cardinalibus debeant anteferri & executores prædicti Agentibus Cameræ Apoſtolicæ aut collectoribus vel ſubcollectoribus certificationem hujusmodi faeere nullatenus teneantur, non obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis nec non omnibus illis quæ in dictis litteris voluimus non obſtare cæterisque contrariis quibuscunque. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* ſub annulo Piſcatoris die XX. Novembris MDXXX. Pontificatus noſtri Anno VII. ſic ſubſcriptnm *Evangeliſta*, & deinde tempore & loco inferius annotatis quasdam nominationum Imperialium præfati ſacratiſſimi Principis Domini *Caroli* Imperatoris Auguſti literas ejus vero ſigillo in cera rubra glauca circumdata & preſſula pergameni ſub impendenti ſigillatas etiam ſanas & integras non vitiatas nec in aliqua ſui parte ſuſpectas Nobis pro parte honorabilis devoti nobis in Chriſto dilecti *Joachimi de Mor-*

lin alias *Beheym* Clerici noſtræ Moguntinenſis Dioceſis principalis in eisdem litteris imperialibus principaliter nominati coram Notario publico & teſtibus infra ſcriptis nobis præſentatas nos pari cum reverentia recepiſſe noveritis hujusmodi ſub tenore.

XXXI.

PRECES CAROLI V. IMP.

C*arolus* Quintus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus ac Rex Germaniæ, Hiſpaniarum, utriusque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Inſularum Balearium, Sardiniæ, Fortunatarum & Indiarum ac terræ Firmæ maris Oceani &c. Archidux Auſtrie, Dux Burgundiæ, Lothringiæ, Brabantiæ, Lymburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, Wirtemburgæ &c. Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Arthefiæ & Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Selandiæ, Ferreti, Kiburgi, Namurci & Zutphaniæ, Landtgravius Alſatiæ, Marchio Burgoviæ & ſacri Romani Imperii &c. Princeps Sueviæ &c. Dominus Fryſiæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis & Mechliniæ &c. honorabilibus devotis nobis dilectis N. Decano & Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ *ſancti Stephani* Civitatis Moguntinenſis gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum. Suſcepto nuper in Italia more majorum Imperiali diademate,

mate, quum Beatiſſimus in Chriſto Pater & Dominus Dñus *Clemens VII.* ſanctæ Romanæ ac Univerſalis Eccleſiæ Pontifex Maximus nobis uti ejusdem Romanæ ac Univerſalis eccleſiæ perpetuo ſupremoque Defenſori & Protectori pro juris & conſuetudinis Imperialis conſervatione conceſſerit & indulſerit ut quibuscunque beneficiorum eccleſiaſticorum collatoribus & collatricibus aut aliis de illis quomodolibet diſponendi jus habentibus ſecularibus aut quorumvis ordinum regularibus per univerſum Romanum Imperium conſtitutis perſonas nobis gratas & acceptas ad conſequenda quæcunque beneficia eccleſiaſtica tam ſæcularia quam regularia cum cura & ſine cura etiamſi Canonicatus & præbendæ dignitates perſonatus, adminiſtrationes vel officia fuerint etiam in Metropolitana Cathedrali vel Collegiata Eccleſia & ad ea conſueverint qui per electionem aſſumi, nominare nobis liceat, ipſique collatores beneficia hujusmodi perſonis ſic per nos nominatis (quibuscunque etiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus & quascunque gratias aut prærogativas habentibus omnino poſthabitis) conferre teneantur, Nobisque præterea liceat hujusmodi noſtrarum nominationum Imperialium exequutores deputare qui per ſe vel alium vel alios beneficia prædicta perſonis per nos nominatis conferant noſtrasque nominationes per cenſuras eccleſiaſticas debitæ exequutioni demandent; Idcirco nos tam Imperiali noſtra præeminentia ac laudata & inviolabili conſuetudine, quam prætacta ſedis Apoſtolicæ conceſſione & Indulto uti

 vo-

Digitized by Google

volentes vobis devotum nobis dilectum *Joachimum von Morlin* alias *Beheim* Clericum Moguntinenſis Diœceſis per præſentes nominamus vos adhortantes & pro conſervatione Imperialis conſuetudinis & juris noſtri expreſſe requirentes ut beneficium eccleſiaſticum tam regulare quam ſæculare cum cura vel ſine cura etiamſi Canonicatus & præbenda, dignitas, perſonatus, adminiſtratio vel officium fuerit & ad illud conſueverint qui per electionem aſſumi in Collegiata Cathedrali vel Metropolitana eccleſia quod in præſentia ſive proxime ſimul vel ſucceſſive quomodolibet vacare contigerit, ad collationem, proviſionem, præſentationem nominationem ſeu quamlibet aliam diſpoſitionem veſtram ſpectans (Canonicatu nihilominus & præbenda cum dignitate officio vel adminiſtratione etiamſi ex perſona plurium ſucceſſive vacarent, pro uno computatis beneficio) quod præfatus *Joachimus* Morlin per ſe vel procuratorem ſuum intra menſem a die notæ ſibi vacationis duxerit acceptandum eidem Joachimo prout ad vos ſpectat, conferatis ac illi de eo provideatis ſeu ad id præſentetis & nominetis ponendo ſeu poni faciendo eum in pacifica & quieta poſſeſſione ſtallum in choro & locum in Capitulo ſi in Collegiata Cathedrali ſeu Metropolitana eccleſia fuerit, eidem aſſignando cum plenitudine juris Canonici & fructuum perceptione qualibet contradictione ceſſante. Quo autem hæc nominatio noſtra pleniorem effectum aſſequatur, Venerabiles N. Archi Epiſcopum Moguntinum ſacri Romani Imperii Archi Cancellarium per Germaniam

maniam Principem Electorem & Conſanguineum noſtrum Chariſſimum & *Stephanum Gabrielem Merinum* Patriarcham Indarum Epiſcopum Giennenſem nec non honorabilem *Claudium de Boiſſet* Decanum *Poligniaci* Conſiliarios noſtros devotos dilectos & quemlibet eorum in ſolidum qui præſentibus requiſitus fuerit, ejusdem nominationis noſtræ exequutores autoritate Apoſtolica nobis in hac parte conceſſa tenore præſentium nominamus & deputamus eisdem & cuilibet eorum expreſſe injungentes & mandantes, ut eandem nominationem noſtram juxta traditam ſibi in litteris Apoſtolicis poteſtatem debitæ exequutioni demandent & demandare curent & ſi vos, quod abſit, in parendo hujusmodi nominationi noſtræ in præjudicium & contemptum Apoſtolicæ & Imperialis dignitatis & autoritatis contumaces & rebelles fueritis in vos cenſuris eccleſiaſticis animadvertant, & nos nihilominus contumacia veſtra aut contemptu per menſem a die requiſitionis durante vos uti rebelles & contumaces omnibus & ſingulis privilegiis & gratiis quas vos vel prædeceſſores veſtri a nobis & Romanorum Imperatoribus ac Regibus & aliis prædeceſſoribus noſtris obtinuerunt & obtinetis perpetuo privatos eſſe declaramus, prout etiam ex nunc prout ex tunc privamus & a protectione noſtra excludimus & alienos facimus harum teſtimonio litterarum ſigilli noſtri appenſione munitarum. Datum in civitate noſtra Imperiali *Ratiſpona* die undecima menſis Junii Anno Domini Milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſecundo Imperii noſtri duodecimo

cimo

cimo & regnorum noſtrorum decimo ſeptimo ſic ſignatura: *Carolus.* Supra plicam vero:

Ad mandatum Cæſareæ Majeſtatis

ALEXANDER SCHWEIS SCRIPSIT.

Poſt quarum quidem litterarum tam Apoſtolicarum quam Imperialium præſentationem & receptionem nobis & per Nos ut præmittitur factas, fuimus pro parte dicti Joachimi principalis in præinſertis litteris Imperialibus principaliter nominati debita cum inſtantia requiſiti, quatenus ad executionem earundem litterarum Imperialium juxta præinſertarum litterarum Apoſtolicarum vim formam & tenorem procedere dignaremur, Nos igitur exequutor ac Commiſſarius antedictus attendentes requiſitionem hujusmodi fore juſtam & rationi conſonam volentesque mandata Apoſtolicum & Imperiale nobis in hac parte directa reverenter exequi ut tenemur, idcirco autoritate Apoſtolica nobis commiſſa & qua fungimur in hac parte præfatas litteras tam Apoſtolicas quam Imperiales atque hunc noſtrum proceſſum & in eis contenta vobis omnibus & ſingulis ſupradictis quibus præſens noſter proceſſus dirigitur & cuilibet veſtrum in ſolidum inſinuamus notificamus & ad veſtram & cujuslibet veſtrum notitiam deducimus & deduci volumus per præſentes, & nihilominus vobis & veſtrum cuilibet in ſolidum dicta autoritate Apoſtolica nobis commiſſa in virtute ſanctæ obedientiæ

&

& ſub infra ſcriptis ſententiarum pœnis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpacium poſt præſentationem ſeu notificationem præſentium vobis factam & poſtquam pro parte dicti Joachimi principalis vel procuratoris ſui ejus nomina deſuper vigore præſentium fueritis requiſiti ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus immediate ſequentium, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino ac monitione canonica aſſignamus eidem Joachimo vel ejus legitimo procuratori ejus nomine beneficium eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura quod ad præſens ſive proxime quomodocunque vacaverit in præinſertis litteris Imperialibus latius expreſſum & ſi canonicatus & præbenda fuerit una cum dignitate, officio ſeu adminiſtratione etiamſi ex perſona plurium ſucceſſive vacaverint quod ac quæ dictus *Joachimus* per ſe aut ejus procuratorem acceptanda duxerit cum omnibus & ſingulis ſuis juribus & pertinentiis conferatis & aſſignetis ac ipſum ſeu dictum procuratorem ſuum ad illius veram realem & corporalem poſſeſſionem juriumque & pertinentiarum omnium ejusdem inducatis & admittatis & quantum in vobis fuerit induci & admitti faciatis & ſi canonicatus ac præbenda fuerit aſſignando ſibi ſtallum in choro & locum in capitulo, non obſtantibus omnibus illis quæ in dictis literis Apoſtolicis præfatus Dominus Papa voluit non obſtare, quod ſi forte præmiſſa omnia & ſingula non impleveritis ac mandatis & monitionibus noſtris immo ver-

verius Apoſtolicis non parueritis cum effectu, nos in vos omnes & ſingulos ſupradictos & veſtrum quemlibet qui in præmiſſis culpabiles fueritis aut quo minus præmiſſa omnia & ſingula ſuum debitum ſortiantur effectum impedimentum aliquod per vos vel ſubmiſſas perſonas directe vel indirecte quovis quæſito colore præſtiteritis aut impedientes dictum Joachimum vel ejus legitimum procuratorem ſuper præmiſſis auxilium, Conſilium vel favorem per vos vel alium ſeu alios ut præfertur dederitis ac in contradictores & rebelles impedientesque prædictos ex nunc prout ex tunc & e converſo ſingulariter in ſingulos prædicta ſex dierum canonica monitione præmiſſa excommunicationis, in Capitula vero conventus & Collegia etiam in his forſan delinquentes, ſuſpenſionis a Divinis & in ipſorum ac quorumcunque delinquentium & rebellium hujusmodi eccleſias ac in quibus beneficium hujusmodi forſan fuerit ac monaſteria & capellas interdicti eccleſiaſtici ſententias ferimus in his ſcriptis & etiam promulgamus. Cæterum cum ad executionem præmiſſorum ulterius faciendam nequeamus quoad præſens aliis arduis præpediti negotiis perſonaliter intereſſe univerſis & ſingulis Dominis Abbatibus Prioribus Præpoſitis Decanis Archidiaconis Scolaſticis Cantoribus Cuſtodibus Theſaurariis, Succentoribus, ſacriſtis tam Cathedralium Metropolitanarum & Collegiatarum eccleſiarum Canonicis parrochialiumque eccleſiarum Rectoribus ſeu loca tenentibus eorundem plebanis vice plebanis capellanis curatis & non curatis vicariis per-

perpetuis altariſtis cæterisque presbiteris Clericis notariis publicis quibuscunque ubilibet conſtitutis & eorum cuilibet in ſolidum ſuper ulteriori executione præmiſſorum facienda autoritate Apoſtolica prædicta tenore præſentium plenarie committimus vices noſtras, donec eas ad nos duxerimus revocandas, quos nos etiam & eorum quemlibet autoritate & tenore prædictis requirimus & monemus primo ſecundo tertio & peremptorie communiter vel diviſim eisque nihilominus & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis pœna præcipimus & mandamus, quatenus infra tres dies poſt præſentationem ſeu notificationem præſentium ac requiſitionem ipſis deſuper pro parte dicti Joachimi principalis factam immediate ſequentes quos tres dies ipſis & eorum cuilibet ſuper hoc & pro omni dilatione terminoque peremptorio ac monitione canonica aſſignamus ita tamen quod in his exequendis unus eorum alterum non expectet nec alter pro alio ſe excuſet, Ad vos N. Decanum & Capitulum *ſancti Stephani* omnesque & ſingulos ſupradictos perſonaliter accedant dictasque litteras Imperiales & hunc noſtrum proceſſum ac in eis contenta, vobis omnibus & ſingulis ſupradictis legant intiment inſinuent ac fideliter publicari procurent, & nihilominus eidem Joachimo aut ejus procuratori legitimo pro eo de beneficio hujusmodi ſi vacat ad præſens ſive cum vacaverit ut præfertur & ſi Canonicatus & præbenda fuerit una cum dignitate officio ſeu adminiſtratione poſt acceptationem prædictam cum omnibus ju-

ribus

ribus & pertinentiis ſuis autoritate prædicta confe-rant & aſſignent ac ſibi de illo provideant ipſumque vel procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem realem & actualem poſſeſſionem dicti beneficii juriumque & pertinentiarum prædictorum ponant & inducant ſeu poni & induci faciant inductumque defendant ſibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, juribus & obventionibus univerſis prout ad eos communiter vel diviſim pertinet plenarie & integre reſponderi faciant & procurent realiter & cum effectu, & generaliter omnia alia & ſingula nobis in hac parte commiſſa plenarie exequantur juxta traditam ſeu directam nobis per præfatas litteras tam Apoſtolicas quam Imperiales ac præſentis noſtri proceſſus vim formam & tenorem, ita tamen quod dicti noſtri ſubdelegati & quicunque alii in præjudicium dicti *Joachimi* principalis vel procuratoris ſui ejus nomine nihil valeant attentare in præmiſſis nec circa proceſſus per nos habitos neque dictas ſententias per nos latas abſolvendo vel ſuſpendendo aliquid immutare, in cœteris autem quæ dicto Joachimo principali vel ejus procuratori nocere vel obeſſe poſſent præfatis noſtris ſubdelegatis & eorum cuilibet poteſtatem omnimodam denegamus. Si tamen contingat nos ſuper præmiſſis in aliquo procedere de quo nobis poteſtatem plenariam reſervamus, non intendimus propterea commiſſionem noſtram hujusmodi in aliquo revocare niſi de revocatione ipſa ſpecialem & expreſſam in noſtris litteris fecerimus mentionem, per proceſſum autem noſtrum hujus-

modi

Digitized by Google

modi nolumus nec intendimus noſtris in aliquo præjudicare collegis quo minus ipſi vel eorum alter poſſit ſervato tamen hoc noſtro proceſſu in hujusmodi executionis negocio procedere prout ſibi videbitur expedire. Præfatas quoque litteras & hunc noſtrum proceſſum volumus penes dictum *Joachimum* principalem vel ejus procuratorem remanere & non per vos aut aliquem veſtrum ſeu quemcunque alium ipſis invitis detineri, Contrarium vero facientes præfatis noſtris ſententiis dicta canonica monitione præmiſſa ipſo facto volumus ſubjacere, mandamus tamen copiam fieri eam petentibus & habere debentibus, petentium quidem ſumptibus & expenſis; Abſolutionem vero omnium & ſingulorum qui præfatas noſtras ſententias aut earum aliquam incurrerit ſive incurrerint quoquo modo nobis vel ſuperiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentes litteras ſive præſens publicum inſtrumentum hujusmodi noſtrum proceſſum in ſe continentes ſive continens exinde fieri & per Notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi noſtrique ſigilli fecimus appenſione communiri. Datum & actum in arce noſtra *Aſchaffenburg* ſub anno a Nativitate Domini Milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſecundo, indictione quinta, die vero ultima menſis Julii Pontificatus ſanctiſſimi Domini noſtri Domini *Clementis* Divina providentia Papæ *Septimi* Anno nono præſentibus ibidem Nobilibus *Gabriele Dobell* & *Anthonio Spar* Came-

rariis noſtris teſtibus ad præmiſſa vocatis atque rogatis.

Et Ego *Melchior Vigr* de *Muncktorff* Clericus conjugatus Conſtantienſis Diœceſis Sacris Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus Notarius publicus ac prædmemorati Domini Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Domini Cardinalis & Archi Epiſcopi Moguntinenſis executoris &c. ſecretarius, quia præinſertarum litterarum Apoſtolicarum vigore requiſitioni, nec non precum ſive nominationum Imperialium præſentationi & receptioni, proceſſus quoque deſuper fulminationi ac Cenſurarum promulgationi & decreto, ſubdelegationi, monitioni omnibusque aliis & ſingulis præmiſſis, dum ſic, ut præmittitur, fierent & agerentur, una cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi ac in notam ſumpſi, ideo præſentes literas ſive hoc præſens publicum inſtrumentum, proceſſum hujusmodi in ſe continentes partim typis excuſum, partim manu conſcriptum exinde confeci, complevi, ſubſcripſi & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum prælibati Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Domini Executoris ſigilli appenſione ſignavi, in fidem & teſtimonium præmiſſorum rogatus & requiſitus.

Ferdinandus I, Rex Romanorum electus anno 1530. Fratri ſuo *Carolo* Imp. curis imperii ſe abdicanti ſucceſſit an. 1558. Obiit 25. Julii 1564.

XXXII.

Digitized by Google

XXXII.

EXECVTORIALES PRECVM FERDINANDI PRIMI ROM. REGIS.

Johannes Dei & Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Viennenſis ac sereniſſimi Principis & Domini Dñi *Ferdinandi* divina favente Clementia Romanorum Hungarie Bohemie &c. Regis. Infantis Hiſpaniarum, Archiducis Auſtrie, Ducis Burgundie &c. Conſiliarius judex & executor ac Commiſſarius a prefato Rege una cum quibusdam aliis infraſcriptis noſtris in hac parte Collegis cum illa clauſula quemlibet in ſolidum &c. ad infraſcripta ſpecialiter deputatus Venerabilibus & circumſpectis N. Decano & Capitulo Collegiate Eccleſie *ſancti Bartholomei* in Franckfordia Maguntin. Dioceſis nec non omnibus & ſingulis quorum intereſt & intererit quosque infraſcriptum tangit negotium ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum quibuscunque nominibus cenſeantur & quacunque prefulgeant dignitate ſalutem in Domino & noſtris hujusmodi immo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Binas Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Clementis* Divina Providentia Pape *ſeptimi*, unas videlicet ejus vera bulla plumbea in filis ſericeis rubei croceique colorum ſub impendente bullatas, alteras vero in forma Brevis ſub Annulo Piſcatoris a tergo more Romane curie expeditas, ex parte ſupradicti Regis primo & ſubinde tempore & loco inferius annotatis, quasdam alias Precum Regalium ejusdem Regis lit-

litteras ejus vero ſigillo in cera rubea glauca circumdata & preſſula pergameni ſub impendente ſigillatas ſanas ſiquidem & integras non viciatas non cancellatas neque in aliqua ſui parte ſuſpectas ſed omni prorſus ſuſpicione & vitio carentes pro parte honorabilis devoti nobis dilecti *Georgii Friderici Fürſter* Scolaris ſpirenſis principalis in eisdem litteris Regalibus principaliter nominati nobis ſucceſſive coram Notario & teſtibus ad hoc adhibitis preſentatas, Nos cum ea qua decuit reverentia noveritis recepiſſe, quorum tenores ſucceſſive ſequuntur tales.

XXXIII.

INDVLTVM CLEMENTIS VII. FERDINANDO I. ROM. REGI.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Chariſſimo in Chriſto filio *Ferdinando* Romanorum & Hungarie ac Bohemie Regi Illuſtri ſalutem & Apoſtolicam benedictionem, Cum poſt de perſona tua per ſacri Romani Imperii principes Electores de conſenſu chariſſimi in Chriſto filii noſtri *Caroli Quinti* Imperatoris ſemper Auguſti in Romanorum Regis factam electionem & per nos pro univerſe Chriſtiane reipublice ſalute confirmatam nobis ſignificaveris ſummopere deſiderare perſonas tibi gratas & acceptas gratia & munificentia tua aliqua beneficia eccleſiaſtica conſequi ipſasque ex felici tua corone in Aquasgrana ſuſceptione magis letari poſſe, Nos quemadmodum magnis merentur ef-

efferri laudibus inſignibusque preconiis commendari, ea ſublimium Principum deſideria & vota que in Divini Nominis & perſonarum illi Clericali vinculo aſtrictarum amorem feruntur & opere poſtmodum conſequente tutum deducantur in actum, ita etiam dignum vel potius debitum exiſtimamus, ut quoniam in fidei ſinceritate & devotione illibate eccleſie ſponſe noſtre fidelem Advocatum devoviſti, eamque humili profeſſione matrem & Dominam tuam recognoviſti & ad ipſius honorem & ſacri Imperii decus unctionem victorie & diadema etiam noſtro miniſterio adveniente tempore ſuſcipere & in eis immobilis perſiſtere intendis, Verum etiam tanquam ipſius Eccleſie legitimus pugil & Athleta te adverſus ſcismaticorum & hereticorum & Turcarum tirannum & fidei ac Chriſti nominis hoſtes, inſanias & furores ſpiritualiter & temporaliter armaſti & indies arma hujusmodi jugiter exequeris, ea tibi favorabiliter concedamus, que tue celſitudini cedant ad honorem & per que eisdem bene meritis perſonis te munificum reddere poſſis ope auctoritatis Apoſtolice exhibitione gratiarum, hinc eſt quod tue celſitudinis ſupplicationi inclinati dicta auctoritate preſentium ſerie eidem celſitudini tue concedimus & indulgemus quod ſi per te quibusvis collatoribus ſeu collatricibus quorumlibet beneficiorum eccleſiaſticorum ſecularium vel regularium ordinum quorumcunque per ſacrum Romanum Imperium ubilibet conſtitutorum etiam ſi qui vel ſi qua ex illis Pontificali vel alia quavis dignita-

te preſulgeant ſeu collegia capitula & conventus fuerint ſuper ſingulis beneficiis eccleſiaſticis cum cura vel ſine cura ſecularibus vel ordinum hujusmodi regularibus in ſingulis Cathedralibus etiam Metropolitanis Collegiatis vel aliis quibusvis eccleſiis etiamſi beneficia hujusmodi Canonicatus & prebende, dignitates perſonatus adminiſtrationes vel officia in eisdem Cathedralibus etiam Metropolitanis vel Collegiatis & ipſe prebende in illis ex hujusmodi eccleſiis in quibus majores & minores prebende eſſe noſcantur, etiamſi majores fuerint & ad dignitates perſonatus adminiſtrationes vel officia hujusmodi conſueverint qui per electionem aſſumi eisque cura immineat animarum, dummodo dignitates ipſe in Cathedralibus etiam Metropolitanis poſt pontificales majores aut collegiatis hujusmodi principales non exiſtant ad eorundem collatorum & collatricum collationem proviſionem preſentationem electionem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem communiter vel diviſim pertinentes ſingulis perſonisque hujusmodi beneficiorum juxta ſtatuta & conſuetudines eccleſiarum, in quibus ea fuerint ſive indulta eisdem eccleſiis per ſedem Apoſtolicam conceſſa alias capaces ſint, conferendis, ſeu ſuper hoc quod perſone hujusmodi ad illa recipiantur & admittantur, preces porrigi, ſive de perſonis eisdem ad hujusmodi beneficia nominationes fieri contigerit, primarias iidem collatores & collatrices ſalvo quod ſingule collationes & ſingule eccleſie ex hoc ultra quam in uno beneficio non graventur ac ipſi collatores & collatrices ſaltem quatuor beneficia eccleſia-

ſtica

ſtica conferre habeant, hujusmodi precibus & nominationi parere & intendere nec non perſonas ipſas ad hujusmodi beneficia, poſtquam ipſis de illis canonice proviſum fuerit juxta earundem precum aut nominationis ſeriem recipere & admittere debeant. & etiam teneantur, ita quod quoad easdem preces & canonicatum & prebendam dignitatem perſonarum adminiſtrationem vel officium in una eccleſia pro unico duntaxat beneficio computari debere declaramus, quodque quicunque in quibusvis dignitatibus conſtituti ſeu eccleſiarum Cathedralium Canonici ſinguli videlicet ex illis quos pro ſingulis perſonis predictis precum & nominationum hujusmodi & ad hoc ut ille ſuum ſortiantur effectum etiam preſentium executores deputaveris per ſe vel alium ſeu alios beneficia predicta cum in quibusvis etiam Ordinariis collatoribus per conſtitutiones noſtras aut litteras alternativas aliaque privilegia & indulta quecunque quomodolibet conceſſis & imposterum concedendis aut aliis quibuscunque menſibus vacaverint & que perſone pro quibus preces & nominationes hujusmodi facte fuerint, quatenus hujusmodi preces ſive nominationes ad illa ſe extendant, infra menſem poſtquam ipſis vacatio beneficiorum innotuerit, duxerit acceptanda dummodo eedem perſone, niſi Apoſtolice ſedis officiales vel cum rigore examinis in aliqua licita facultate graduati ſint, ad hujusmodi beneficia obtinendum per diligentem examinationem executorum predictorum, quorum conſci-

Digitized by Google

entias ſuper hoc oneramus, reperte fuerint idonee & ipſa beneficia diſpoſitioni apoſtolice generaliter reſervata non ſint, ipſorumque collatio non fuerit juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad ſedem predictam legittime devoluta, neque ſuper illis inter aliquos lis pendeat indeciſa cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis perſonis ipſis etiam duo vel tria ſeu plura quarumcunque qualitatis & cujuscunque annui valoris eccleſiaſtica beneficia obtinentibus & expectantibus conferre & aſſignare nec non omnia & ſingula que ad hoc ut precum ſeu nominationum & acceptationum ac collationum hujusmodi ſuccedant effectus, oportuna fuerint facere & auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam exequi poſſint & valeant, ſuper quibus ipſis plenam & liberam auctoritate predicta tenore preſentium concedimus poteſtatem ac etiam facultatem, ac perſonis predictis pro quibus hujusmodi primarias preces porrigi ſive nominationes fieri contigerit, quod ipſe expectativis ac nominationibus ſeu ſpecialium reſervationum de quibusvis beneficiis pro eis factarum gratiis & mandatis de providendo ipſis de eisdem, ſi qua ipſis conceſſa fuerint una cum gratia precum & nominationum primariarum earundem uti poſſint, nec aliqua gratiarum hujusmodi conſumpta relique earundem caſſe cenſeantur vel irrite indulgemus. Non obſtantibus noſtris de non utendo gratia expectativa ac reſervatione ſpeciali vel duabus gratiis inſimul ac de inſinuatione & publicatione ac diligentiis per acceptantes deſuper faciendis ac in favorem Ordinariorum collatorum

nec

nec non expectativas in forma pauperum habentium ac illuſtrium & graduatorum ac ſedis predicte Officialium & certas qualitates inibi expreſſas habentium nec non quibuscunque in Cancellaria Apoſtolica quandocunque publicatis & publicandis ac aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis nec non aliis eccleſiarum in quibus beneficia hujusmodi forſan fuerint ſtatutis & conſuetudinibus illis preſertim quibus in eccleſiis in quibus majores & minores prebende hujusmodi fuerint caveri dicitur, quod nullus inibi majorem prebendam aſſequi valeat, niſi illam de minori gradatim & per optionem aſcendat juramento confirmatione apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis contrariis quibuscunque, aut ſi aliquibus ſuper proviſione ſibi facienda de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ſpeciales vel generales dicte ſedis vel Legatorum ejus littere etiam noſtro vel eas concedentium motu proprio aut cujusvis etiam quocunque reſpectu & ad cujuscunque inſtantiam ſint conceſſa vel concedantur impoſterum, ſeu ſi ſpeciales de hujusmodi beneficiis per nos vel ſedem predictam aut quecunque alie aut quarumcunque nominandi & reſervandi facultatem quibusvis quacunque etiam eccleſiaſtica vel mundana dignitate fulgentibus per ſedem predictam conceſſarum vel concedendarum vigore reſervationum ſive earundem facultatum obtenta ad hujusmodi beneficia quarumcunque perſonarum nominationes pro tempore facte fuerint, quas quidem litteras etiam ſi per eas ad inhibitionem reſervationem & decretum

 vel

vel alias quomodolibet proceſſum fuerit, nec non reſervationes, facultates & nominationes cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis que preſentium effectum ſuſpendere impedire vel perimere aut alias eisdem preſentibus quomodolibet obſiſtere viderentur, ſive ex certa noſtra ſcientia & ſimili motu ſive alias ſub quibusvis forma & expreſſione verborum & que fortaſſe totalis ſui tenoris inſertionum ac illorum quibus conceſſe ſunt vel fuerint, nominum & cognominum individualem expreſſionem preſentibus faciendam ad hoc ut illis per easdem preſentes ſufficienter derogetur, exigunt vel requirunt & que ipſis preſentibus perinde ac ſi earum tenor de verbo ad verbum inſertus foret pro expreſſis habeantur, emanaverint ac mandata de providendo inde ſecuta cum proceſſibus per ea pro tempore habitis, niſi illi pro quibus emanaverint ut prefertur de Venerabilium Fratrum noſtrorum ſancte Romane Eccleſie Cardinalium numero fuerint ad beneficia que precum & nominationum primariarum vigore per perſonas pro quibus ille facte fuerint acceptari & de quibus eis provideri contigerit minime extendi quin imo in illorum executione perſonas ipſas omnibus & quibuscunque earum litterarum ac expectativarum & reſervationum hujusmodi vigore & cum quibusvis antelationum prerogativis etiam illis quas certis noſtris familiaribus continuis commenſalibus in Cancellaria Apoſtolica & aliis noſtris litteris ad effectum ut aliis in aſſecutione beneficiorum conferendis nominatim adſcriptis conceſ-

ceſſimus & cum ſimilibus derogatoriis clauſulis que nulli quo minus preſentium ſuccedant effectus, ſuffragari debent, expectantibus etiamſi illarum obtentu in quibusvis eccleſiis in Canonicos recepti ac de numero ipſorum continuorum commenſalium antiquorum fuerint nec non gratias in communi forma pauperum habentibus ac officialibus & illuſtribus ac alias quascunque qualitates habentibus etiam noſtris familiaribus continuis commenſalibus antiquis & deſcriptis & impoſterum deſcribendis dictis Cardinalibus duntaxat exceptis anteferri volumus, ſed nullum per hoc expectantibus ipſis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari ſeu ſi dictis collatoribus vel collatricibus vel quibusvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur & ad id compelli aut quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, quodque de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ad eorum collationem proviſionem preſentationem electionem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem & qualibet alia dicte ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cujuscunque tenoris exiſtant per quam preſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri & de qua cujusque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis

aut

aut ſi perſone prediĉte preſentes non fuerint ad preſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus eccleſiarum in quibus hujusmodi beneficia fuerint ut prefertur ſolita juramenta dummodo in abſentia ſua per procuratores idoneos & cum ad eccleſias ipſâs acceſſerint , corporaliter illa preſtent, nec non Concordatis Nationis Germanice & eorundem concordatorum confirmatione ac prediĉtis & quibuscunque aliis quandocunque editis & edendis conſtitutionibus & Regulis noſtris & diĉte Cancellarie ad quarum ſolennitatem reſtriĉtionem formam vel ſatisfaĉtionem ſeu obſervantiam habentes preces ſeu nominationem hujusmodi minime teneantur nec ipſe preces ſub illis comprehendantur quoquomodo nec non quibusvis privilegiis indultis ac litteris Apoſtolicis & quibusvis gratiis expeĉtativis ſpecialibus vel generalibus etiam mentalibus reſervationibus unionibus annexionibus & incorporationibus ſuppreſſionibus & extinĉtionibus perpetuis & temporalibus nominationibus ac reſervandi uniendi anneĉtendi incorporandi ac nominatis & aliis conferendi, commendandi ſupprimendi & extinguendi aliisque citra acceſſus & regreſſus de conſenſu facultatibus litteris mandatis & indultis quibuscunque etiam cum proviſionibus commendis & aliis diſpoſitionibus ex tunc & gratiis quibusvis perſonis cujuscunque dignitatis ſtatus gradus vel conditionis exiſtentibus & quacunque etiam Imperiali Regali Reginali Ducali ſeu Epiſcopali Archi Epiſcopali Patriarchali vel majori auĉtoritate preeminentia nobilita-

Digitized by Google

litate & excellentia ac etiam Cardinalatus honore fulgentibus & familiaribus continuis Commenſalibus noſtris etiam deſcriptis & antiquis & in eorum ac eccleſiarum etiam Cathedralium & Metropolitanarum ac Patriarchalium & Principalium Monaſteriorum menſarum Capitulorum Dignitatum & aliorum beneficiorum quorumcunque cum cura & ſine cura ſecularium & quorumvis ordinum regularium locorum piorum univerſitatum ſtudiorum & aliorum quorumcunque aut in nullius favorem aut eorum nec non jurium ceſſorum vel oblatorum aut ſpoliorum damnórum etiam per infideles illatorum & obſequiorum etiam Nobis & Romane eccleſie vel dicte ſedi aut pro fide Catholica impenſorum ſeu quibusvis aliis excogitabilibus & urgentiſſimis ac inſolitis nec non exprimendis cauſis conſideratione contemplatione inſtantia intuitu ratione vel reſpectu ac motu proprio & ex certa ſcientia ac de Apoſtolice poteſtatis plenitudine & cum quibusvis antelationum prerogativis declarationibus conceſſionibus favoribus ſuſpenſionibus & gratiis ac reſtitutionibus modificationibus exceptionibus & annullativis irritativis ac derogatoriarum derogatoriis nec non predictam & alias quascunque conceſſas & concedendas gratias ſuſpendentibus ac illis derogantibus nec non mentis & intentionis ac perpetue & incommutabilis noſtre voluntatis fuiſſe & eſſe de non revocando & ſuſpendendo gratias easdem & illis non derogantibus quomodolibet atteſtantibus & in priſtinum & validiſſimum ſtatum reponentibus, reſtituentibus ac plenarie reintegrantibus

tibus

Digitized by Google

tibus ac per modum pacti & initi contractus ac perpetui ſtatuti nec non gratias ipſas ut de actu vacantes expectare & ex tunc vere & non ficte etiam quoad poſſeſſionem dictorum beneficiorum ac omnes juris & facti defectus plenum eſſe ſortitas effectum decernentibus & declarantibus aliisque efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis per nos & ſedem predictam aut ejus legatos in genere vel in ſpecie etiam nominatim de dictis beneficiis conceſſis & aliis quomodolibet emanatis quibus etiamſi in illis quod illa non niſi certis modis & formis inibi expreſſis ac verbis & ſignis inibi appoſitis & cum diverſarum litterarum Apoſtolicarum expeditione & intimatione etiam diverſis temporibus facienda ac de conſenſu eorum quorum intereſſe concernebatur aut etiam nullatenus ſuſpendi moderari aut eis in aliquo derogari poſſet & quoties ſuſpenderentur aut illis derogaretur totiens de novo & ſub quacunque data per illos quorum intereſſe concernebatur eligenda conceſſa & facta ſint & eſſe cenſeantur ac expediri poſſint ac ſic & non aliter per quoscunque judices & perſonas judicari debeat, caveatur expreſſe, illorum omnium tenores preſentibus pro ſufficienter expreſſis ac de verbo ad verbum inſertis ac modos & formas hujusmodi pro individuo ſervatis habentes ad effectum preſentium omnino derogamus & in dictis beneficiis cum ut prefertur vacaverint, effectum ſortiri aut locum ſibi vendicare, nec non decernentes preſentes litteras nullatenus de ſurreptionis aut obreptionis vicio aut intentionis defectu notari aut impu-

gnari

gnari poſſe nec debere; & ſic per quoscunque tam ordinaria quam delegata & mixta auctoritate fungentes judices & perſonas ubique judicari cognoſci atque decidi debere ſublata eis & eorum cuilibet aliter judicandi cognoſcendi & decidendi facultate nec non irritum & inane quicquid ſecus ſuper premiſſis omnibus & ſingulis vel eorum aliquo a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari ceterisque contrariis quibuscunque, volumus autem quod executores predicti de nominibus & cognominibus perſonarum quibus dicta beneficia per eos conferri contigerit ac de diebus collationum hujusmodi gentes camere Apoſtolice aut collectores ſeu ſubcollectores fructuum eidem Camere debitorum in partibus illis pro tempore deputatos quantocyus certificare procurent; Præterea quia difficile foret preſentes litteras ad ſingula loca deferri volumus ac dicta auctoritate decernimus quod illarum transſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis & ſigillo alicujus perſone in dignitate eccleſiaſtica conſtitute munitis eadem prorſus fides adhibeatur ubique que adhiberetur eisdem preſentibus ſi forent exhibite vel oſtenſe. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis indulti declarationis derogationis decreti & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* Anno Incarnationis Dominice Millesimo

Digitized by Google

leſimo Quingenteſimo trigeſimo primo, Decimo octavo Kalendas Julii Pontificatus noſtri Anno octavo. Prefatum vero Breve taliter erat ſupra ſcriptum.

XXXIV.

BREVE APOSTOLICVM SVPER EXECVTIONE PRECVM.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro *Ferdinando* Romanorum & Hungarie ac Bohemie Regi illuſtri.

Clemens PP. *Septimus*, chariſſime in Chriſto fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dum juxta (intra, *in alio exemplari*) mentis noſtre Archana debita conſideratione penſamus ſingularem tue celſitudinis fidei conſtantiam & integritatem enixeque devotionis affectum quibus in noſtro & Apoſtolice ſedis conſpectu ſemper claruiſti & continue clares dignum immo potius debitum reputamus ut tuo intuitu operam efficacem impendamus ut tibi grate & accepte ac alie bene merite perſone in beneficiis eccleſiaſticis proviſionem percipiant congruentem, ſane dudum ſub data videlicet XVIII. Kal. Julii Pontificatus noſtri Anno octavo eidem celſitudini tue poſt feliciſſimam in Romani Regis electionem factam ac per nos pro univerſe Chriſtiane Reipublice ſalute confirmatam quodſi per te quibusvis collatoribus ſeu collatricibus quorumlibet beneficiorum

rum eccleſiaſticorum ſecularium vel regularium ordinum quorumcunque per ſacrum Romanum Imperium ubilibet conſtitutis ſuper ſingulis beneficiis eccleſiaſticis cum cura vel ſine cura etiam certo tunc expreſſo modo qualificatis ſingulis perſonis que hujusmodi beneficiorum juxta ſtatuta & conſuetudines eccleſiarum in quibus ea forent ſeu indulta ipſis eccleſiis per ſedem eandem conceſſa alias capaces eſſent conferendorum , vel ſuper hoc quod perſone hujusmodi ad illa reciperentur & admitterentur preces porrigi ſeu de perſonis eisdem ad beneficia hujusmodi nominationes fieri contigerit , ipſi Collatores & Collatrices precibus & nominationibus hujusmodi parere & intendere nec non perſonas ipſas ad hujusmodi beneficia poſtquam ſibi de illis canonice proviſum foret, juxta earundem precum & nominationum vigorem recipere & admittere deberent ac etiam tenerentur, quodque executores per te ad hoc pro tempore deputandi per ſe vel alium ſeu alios beneficia predicta dummodo ipſe perſone, niſi ejusdem ſedis Officiales vel cum rigoroſo examine in aliqua licita facultate graduati eſſent ad obtinenda beneficia hujusmodi per diligentem examinationem executorum predictorum quorum conſcientias ſuper hoc oneravimus reperte eſſent idonee & beneficia ipſa diſpoſitioni Apoſtolice generaliter reſervata non forent eorumque collatio non eſſet juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad ſedem predictam legitime devoluta , nec ſuper illis inter aliquos lis indeciſa pendens cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis eisdem perſonis

 con-

Digitized by Google

conferre & aſſignare valerent, decernentes perſonas ipſas omnibus & ſingulis in aſſecutione beneficiorum hujusmodi exceptis dumtaxat venerabilibus fratribus noſtris ſancte Romane Eccleſie Cardinalibus anteferri ac dictos executores de nominibus & cognominibus perſonarum quibus dicta beneficia per eos conferri contigerit ac de diebus collationum hujusmodi per Agentes Camere Apoſtolice Collectores & ſubcollectores fructuum eidem Camere debitorum in partibus illis pro tempore deputatos quantocius certificare debere conçeſſimus & indulſimus prout in noſtris inde confectis litteris quarum tenores ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur & insererentur preſentibus haberi voluimus pro expreſſis, plenius continetur. Nos igitur, ut Celſitudo Tua longe preſtantioribus gratiis illuſtretur, motu proprio & ex certa noſtra ſciencia tenore preſentium volumus quod quilibet ex perſonis nominatis predictis & ſub executores etiamſi presbiteri aut Notarii exiſtant ad effectum nominationis ut prefertur faciende quandoque expedierit deputari poſſint, quodque executores & ſub executores predicti beneficia hujusmodi etiamſi Canonicatus & prebenda dignitates perſonatus adminiſtrationes vel officia in Cathedralibus etiam Metropolitanis vel Collegiatis eccleſiis fuerint, dummodo in Cathedralibus etiam Metropolitanis eccleſiis poſt Pontificales majores aut in Collegiatis eccleſiis hujusmodi principales non extiterint etiamſi diſpoſitioni Apoſtolice aliasque juxta conſtitutionem felicis Recordationis *Benedicti* PP. *XII.* predeceſ-

ceſſoris noſtri que incipit. *Ad regimen.* Generaliter reſervata exiſtant, etiamſi ex diverſis perſonis vacaverint & perſone nominate predicte tempore aſſecutionis beneficii ad quod nominate fuerunt, aliud beneficium in eadem eccleſia obtinuerint, etiamſi ipſe perſone ſecundum ſtatuta & conſuetudines eccleſiarum in quibus beneficia hujusmodi fuerint ſeu indulta ipſis eccleſiis conceſſa capaces vel in etate legitima conſtitute aut de legitimo matrimonio procreati non ſint, dummodo quoad hujusmodi qualitates alias cum eis canonice diſpenſatum & quoad beneficia in eadem eccleſia obtinenda ea talia ſint, que ſine diſpenſatione Apoſtolica teneri conſueverint, etiam absque examine predictorum conferre libere & licite poſſint, quodque executores predicti dummodo prefati nominati hujusmodi alias juxta eccleſiarum in quibus beneficia eis collata fuerint, ſtatuta & juris diſpoſitionem tempore aſſecute poſſeſſionis ipſorum beneficiorum qualificati extiterint, Agentibus Camere Apoſtolice aut Collectoribus ſeu ſub collectoribus certificationem hujusmodi facere nullatenus teneantur, quodque Celſitudo tua unam & eandem perſonam ſupradictis collatoribus aut collatricibus ſimul vel ſucceſſive nominare poſſit & valeat, ita tamen, quod quam primum perſona ſic nominata de aliquo beneficio proviſa fuerit, nominatio quoad alios collatores vel collatrices facta ipſo jure expiret, & ne ſuper premiſſis ab aliquo dubitari contingat, an preces eidem Celſitudini tue conceſſe hujusmodi etiam in eccleſiis & locis in quibus Chariſſimo in

 Chri-

Chriſto filio noſtro *Carolo Quinto* Romanorum Imperatori ſemper Auguſto Fratri Germano tuo ſimiles primarias preces conceſſimus ſuum ſortiri poſſint effectum, motu ſcientia & tenore premiſſis etiam volumus & decernimus quod Collatoribus & Collatricibus beneficiorum ecleſiaſticorum pro perſonis eccleſiaſticis beneficiandis a Celſitudine tua adhuc porrectas & pro tempore porrigendas preces hujusmodi etiam in eisdem ecleſiis & locis in quibus idem *Carolus* Imperator preces ſuas porrexerit & in futurum porrigi contigerit etiamſi ille ſuum plenarium effectum conſecute, ipſique collatores & collatrices earum vigore ſuper collatione ſeu proviſione beneficiornm gravati fuerint, ſine tamen prejudicio indulti eidem *Carolo* Imperatori ſuper ſimilibus nominationibus per ſedem Apoſtolicam conceſſi validas & efficaces exiſtere ſuumque effectum ſortiri debere in omnibus & per omnia perinde ac ſi Collatores & collatrices prefati ſuper aliorum receptione gravati prius minime extitiſſent, nec non preces prefatas ex ſurreptionis & obreptionis vicio ſeu mentis & intentionis noſtre defectu etiam ex eo quod Collatores & collatrices hujusmodi ſuper duorum vel plurium receptione gravari minime intenderemus, quovis queſito colore quomodolibet impediri aut impugnari minime poſſe, ſic quod per quoscunque judices etiam Cardinales prefatos ac ſacri Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores tam in Romana curia quam extra eam in quibuscunque cauſis ac in quavis inſtantia earum interpretari judicari pa-

riter

riter & diffiniri deberent, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter interpretandi & diffiniendi facultate nec non ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari, non obſtantibus premiſſis ac Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis nec non omnibus illis que in dictis litteris volumus non obſtare, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* ſub Annulo piſcatoris die decima quinta Decembris Milleſimo quingenteſimo triceſimo primo, Pontificatus noſtri Anno nono.

XXXV.

PRECES FERDINANDI I. ROM. REGIS.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus ac Germanie Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie & Sclavonie &c. Rex, Infans Hiſpaniarum Archidux Auſtrie Dux Burgundie Brabantie Stirie Carinthie Carniole Marchio Moravie &c. Dux Lucemburgie ac ſuperioris & inferioris Sleſie Wirtemberge & Tecke, Princeps Suevie Comes Habſpurgi, Tirolis, Ferretis Kiburgi & Goricie, Landgravius Alſatie, Marchio ſacri Romani Imperii Burgovie ac ſuperioris & inferioris Luſacie Dominus Marchie Schlavonie Portus Naonis & ſalinarum &c. honorabili-

bus devotis nobis dilectis N. Decano & Capitulo Collegiate eccleſie *ſancti Bartholomei* in *Franckfordia* Mag. Dioc. gratiam Regiam & omne bonum. Etſi nos ad Romani Imperii faſtigium evectos titulisque Auguſti & Regio diademate decoratos ſumma ſemper ope niti decet, omnia ſacri Romani Imperii intemerata jura & conſuetudines laudabiles conſervare par eſt, tamen ut hoc diligentiori ſtudio preſtemus, ſi quando integritate vite & morum probitate aliisque virtutibus inſignitos meritis beneficiis & dignis honoribus afficiendos arbitramur, ſi quidem Imperatorum Regumque ſublimitas & magnitudo nullo expreſſius officio Dei optimi maximi ſimilitudinem referre poteſt, quam ſi pluribus benefecerit, quare cum nobis ad predeceſſorum imitationem ex inveterata conſuetudine etiam Apoſtolica auctoritate per ſanctiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum Dnum *Clementem* ſeptimum ſancte Romane ac Univerſalis eccleſie Pontificem Maximum roborata jus competat preces primarias ad omnes & ſingulos beneficiorum eccleſiaſticorum Collatores & Collatrices Capitula Conventus & Collegia ac perſonas alias de illis quocunque modo diſponendi jus habentes per univerſum Romanum Imperium conſtitutas porrigendi dandi concedendi & decernendi pro perſonis idoneis & nobis gratis ad conſequenda beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura tam ſecularia quam regularia etiamſi canonicatus & prebenda dignitates perſonatus adminiſtrationes vel officia fuerint in Collegiata Cathedrali vel Metropolitana eccleſia etiam ſi ad ea conſue-

ſueverint qui per electionem aſſumi ad collatorum collatricum Capitulorum Collegiorum ſive conventuum ac perſonarum predictarum collationem proviſionem electionem nominationem preſentationem ſeu quamblibet aliam ordinationem conjunctim vel diviſim ſpectantia canonicatu nihilominus & prebenda cum dignitate & perſonatu adminiſtratione vel officio etiam ex perſona plurium ſucceſſive vacantibus pro uno computatis beneficio & hujusmodi etiam predeceſſorum noſtrorum primariis precibus reverenter hactenus paritum fuerit, idcirco Romani Imperii jura & conſuetudines ut tenemur proſequi & predeceſſorum noſtrorum veſtigiis inherere volentes primarias preces noſtras pro devoto nobis dilecto *Georgio Friderico Fürſter* ſcholare Spirenſi ad vos porreximus dedimus conceſſimus & decrevimus ac per preſentes porrigimus damus concedimus & decernimus vos adhortantes & pro conſervatione jurium & conſuetudinum Romani Imperii expreſſe requirentes ut beneficium tam regulare quam ſeculare cum cura vel ſine cura etiamſi Canonicatus & prebenda dignitas perſonatus adminiſtratio vel officium fuerit, etiam ſi ad illud conſueverint qui per electionem aſſumi in Metropolitana Cathedrali vel Collegiata Eccleſia quod ad preſens ſive proxime quomodolibet ſimul vel ſuc ceſſive in quocunque menſe vacare contigerit, ad collationem proviſionem electionem nominationem preſentationem ordinationem ſive quamlibet aliam diſpoſitionem veſtram pertinens canonicatu ut prefertur & prebenda cum dignitate perſonatu adminiſtra-

niſtratione vel officio etiam ſi ex perſona plurium ſucceſſive vacaverint pro uno computatis beneficio quod prefatus *Georgius Fridericus* per ſe vel procuratorem ſuum infra menſem a die note ſibi vacationis duxerit acceptandum eundem *Georgium Fridericum* prout ad vos ſpectat ad illud eligatis nominetis preſentetis ac ei illud conferatis & aſſignetis atque etiam de eo provideatis ponendo eum in pacifica & quieta poſſeſſione ſtallum in Choro & locum in Capitulo ei aſſignando cum plenitudine juris canonici & fructuum perceptione qualibet contradictione ceſſante. Quo vero he preces noſtre primarie certiorem conſequantur effectum, nominamus & deputamus auctoritate Apoſtolica nobis in hac parte conceſſa tenore preſentium Venerabiles N. Archi Epiſcopum Magunt. ſacri Romani Imperii per Germaniam Archi Cancellarium Principem Electorem & conſanguineum noſtrum Chariſſimum, *Chriſtophorum* Epiſcopum Labacenſem Adminiſtratorem Seccovienſem ac *Johannem* Epiſcopum Viennenſem Conſiliarios devotos nobis dilectos & quemlibet eorum in ſolidum, qui preſentibus noſtris litteris requiſitus fuerit, harum primariarum precum noſtrarum executores eisdem per preſentes expreſſe committentes & mandantes ut ſi forte in contemptum & prejudicium jurium & conſuetudinum Romani imperii ad parendum hujusmodi primariis precibus noſtris contumaces & rebelles fueritis, tanquam executores a nobis deputati ſub pena gravis indignationis noſtre quilibet eorum vos realiter & cum effectu ad parendum per

cen-

ſuras eccleſiaſticas compellat aliaque faciat & exequatur juxta traditam ſibi in litteris Apoſtolicis poteſtatem, contumacia vero veſtra aut contemptu quod abſit per menſem continuum a die requiſitionis numerandum durante Vos omnibus & ſingulis privilegiis gratiis libertatibus & donationibus a Romanis Imperatoribus & Regibus ac a nobis & aliis predeceſſoribus noſtris vobis conceſſis noveritis eo ipſo privatos & noſtra tuitione exutos que & quas ex nunc pro ut a die contumacie veſtre tenore preſentium revocamus caſſamus & irrita eſſe volumus & vos taliter contumaces & rebelles a beneficiis Majeſtatis noſtre reddimus alienos prout etiam ex nunc prout ex tunc privamus & a protectione noſtra excludimus harum teſtimonio litterarum ſigilli noſtri appenſione munitarum. Datum in noſtra Regia arce *Pragenſi* die ſeptima menſis Februarii Anno Dni Milleſimo quingenteſimo trigeſimo quarto Regnorum noſtrorum Romani quarto, aliorum vero octavo. Que littere tres in fine continebant ſignaturas, quarum erat prima talis: *Ferdinandus.* Altera: *B. Card. Trident.* Tercia vero hoc:

Ad Mandatum ſacre Regie Maj.
proprium.

Jo. Majus.

Poſt quarum quidem ultimarum litterarum precum Regalium preſentationem & receptionem nobis & per nos ut premittitur factas fuimus pro parte dicti *Georgii Friderici Fürſter* principalis debita

cum inſtantia requiſiti, quatenus tam ad illarum quam Apoſtolicarum litterarum pre inſertarum executionem juxta traditam per eas nobis formam procedere dignaremur. Nos igitur *Johannes* Epiſcopus executor & Commiſſarius antedictus attendentes requiſitionem hujusmodi fore juſtam & conſonam rationi, volentesque Mandata Apoſtolica & Regale hujusmodi nobis in hac parte directa reverenter exequi ut tenemur, idcirco auctoritate tam Apoſtolica quam Regia nobis commiſſa & qua fungimur in hac parte, prefatas litteras Apoſtolicas & Regias atque hunc noſtrum proceſſum ac omnia & ſingula in eis contenta vobis omnibus & ſingulis ſupradictis quibus preſens proceſſus noſter dirigitur & cuilibet veſtrum in ſolitum intimamus inſinuamus & notificamus ac ad veſtram & cuilibet veſtrum notitiam deducimus & deduci volumus per preſentes & nichilominus vos & veſtrum quemlibet requirimus & monemus primo ſecundo tertio & peremptorie communiter vel diviſim ac vobis & veſtrum cuilibet in ſolidum in virtute ſancte obedientie & ſub infraſcriptis ſententiarum penis diſtricte percipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt preſentationem ſeu notificationem preſentium vobis ſeu alteri veſtrum factas & poſtquam pro parte dicti *Georgii Friderici* principalis deſuper vigore preſentium fueritis requiſiti ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus immediate ſequentium, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies vobis univerſis & ſingulis ſupradictis ac cuilibet veſtrum

ſtrum

Digitized by Google

ſtrum pro tertio ac peremptorio termino & monitione canonica aſſignamus, eundem *Georgium Fridericum* principalem ad beneficium eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura in pre inſertis litteris Apoſtolicis & Regalibus latius deſignatum etiamſi Canonicatus & prebenda fuerit, Canonicatu tamen & prebenda eisdem cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione vel officio pro unico beneficio in una eccleſia computatis etiam ex diverſis perſonis ſimul vel ſucceſſive ad preſens vacans aut quam primum illud vacare contigerit, quod dictus *Georgius Fridericus* principalis per ſe vel procuratorem ſuum predictum infra menſem a die note ſibi vacationis duxerit acceptandum, poſt acceptationem hujusmodi prout ad vos ſpectat, eligatis, nominetis & preſentetis atque illi vel procuratori ſuo legitimo pro eo illud cum omnibus & ſingulis juribus & pertinentiis ſuis conferatis & aſſignetis ac provideatis de eodem nec non illum in beneficiis ejusdem juriumque & pertinentiarum predictorum veram realem actualem & corporalem poſſeſſionem inducatis & ad illud ut moris eſt admittatis atque illi juxta beneficii hujusmodi qualitatem & exigentiam ſtallum in Choro & locum in Capitulo eccleſie illius in qua fuerit cum plenitudine juris Canonici detis & conſignetis ac ſibi de illius fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus univerſis quantum in vobis eſt reſpondeatis & faciatis ab aliis plenarie reſponderi, non obſtantibus omnibus illis que prelibatus Dominus noſter Papa voluit non obſtare. Quod ſi forte premiſſa omnia &

ſingu-

Digitized by Google

ſingula non adimpleveritis ac mandatis & monitionibus noſtris hujusmodi immo verius Apoſtolicis & Regiis non parueritis cum effectu, nos in vos omnes & ſingulos ſupradictos & veſtrum quemlibet qui in premiſſis culpabiles fueritis aut quo minus premiſſa omnia & ſingula ſuum debitum ſortiantur effectum impedimentum aliquod per vos vel ſubmiſſas perſonas directe vel indirecte quovis queſito colore vel ingenio preſtiteritis aut impedientibus dictum *Georgium Fridericum Fürſter* vel ejus procuratorem ſuper premiſſis auxilium conſilium vel favorem dederitis ac in contradictores impedientes & quoslibet rebelles hujusmodi ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc ſingulariter in ſingulos predicta ſex dierum Canonica monitione premiſſa excommunicationis in Capitula vero Conventus & collegia quecunque in hiis delinquentes ſuſpenſionis a Divinis & in ipſorum delinquentium & rebellium eccleſias ac in quibus beneficium hujusmodi fuerit nec non monaſteria & capellas interdicti eccleſiaſtici ſententias ferimus in hiis ſcriptis & etiam promulgamus, Ceterum cum ad executionem premiſſorum ulterius faciendam nequeamus quoad preſens aliis arduis prepediti negotiis perſonaliter intereſſe univerſis & ſingulis Dominis Abbatibus Prioribus Prepoſitis Decanis Archidiaconis Scolaſticis Cantoribus Cuſtodibus Theſaurariis Succentoribus Sacriſtis tam Cathedralium etiam Metropolitanarum quam Collegiatarum Canonicis parrochialiumque eccleſiarum Rectoribus ſeu loca tenentibus eorundem plebanis vice plebanis Capellanis

lanis Curatis & non curatis Vicariis perpetuis Altariſtis ceterisque presbiteris Clericis Notariis publicis quibuscunque ubilibet conſtitutis & eorum cuilibet in ſolidum ſuper ulteriori executione premiſſorum facienda auctoritate Apoſtolica predicta tenore preſentium plenarie committimus vices noſtras donec eas ad nos duxerimus revocandas quos nos & eorum quemlibet auctoritate & tenore predictis requirimus & monemus primo ſecundo tertio & peremptorie communiter vel diviſim eisque nihilominus & eorum cuilibet in virtute ſancte obedientie & ſub excommunicationis pena quam ferimus in hiis ſcriptis precipimus & mandamus quatenus infra tres dies poſt preſentationem ſeu notificationem preſentium & requiſitionem ipſius deſuper pro parte dicti *Georgii Friderici* principalis factam immediate ſequentes, quos tres dies ipſis & eorum cuilibet ſuper hoc pro omni dilatione terminóque peremptorio ac monitione canonica aſſignamus ita tamen quod in hiis exequendis unus eorum alterum non expectet nec alter pro alio ſeu per alium ſe excuſet, Ad vos Decanum & Capitulum omnesque & ſingulos ſupradictos & quo propterea fuerit accedendum, accedant dictasque pre inſertas litteras & hunc noſtrum proceſſum ac in eis contenta vobis omnibus & ſingulis ſupradictis legant intiment inſinuent & fideliter publicari procurent & nihilominus eidem *Georgio Friderico* aut ejus procuratori legitimo pro eo beneficium hujusmodi ſi vacat ad preſens ſive cum vacaverit ut prefertur etiamſi Canonicatus & prebenda fuerit

una

una cum dignitate perſonatu adminiſtratione ſeu officio poſt acceptationem predictam cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis auctoritate predicta conferant & aſſignent ac ſibi de illo provideant ipſumque vel dictum ejus procuratorem in corporalem realem & actualem poſſeſſionem dicti beneficii juriumque & pertinentiarum predictorum ponant & inducant ſeu poni & induci faciant ac inductum defendant ſibique de illius fructibus redditibus proventibus juribus obventionibus ac emolumentis univerſis prout ad eos communiter vel diviſim pertinet plenarie & integre reſponderi faciant & procurent realiter & cum effectu, & generaliter omnia & ſingula nobis in hac parte commiſſa plenarie exequantur juxta traditam ſeu directam per pre inſertas litteras & preſentis noſtri proceſſus formam & tenorem ita tamen quod dicti ſubdelegati & quicunque alii in prejudicium dicti *Georgii Friderici* principalis vel procuratoris ſui nihil valeant attentare in premiſſis nec circa proceſſus per nos habitos neque ſententias per nos latas abſolvendo vel ſuſpendendo aliquid immutare, In ceteris autem que dicto *Georgio Friderico* principali vel ejus procuratori nocere vel obeſſe poſſunt prefatis noſtris ſubdelegatis & eorum cuilibet poteſtatem omnimodam denegamus, ſi tamen contingat nos ſuper premiſſis in aliquo procedere de quo nobis plenariam poteſtatem reſervamus, non intendimus propterea Commiſſionem noſtram hujusmodi in aliquo revocare niſi de revocatione ipſa ſpecialem & expreſſam in noſtris litteris fecerimus mentionem,

per

per proceſſum autem noſtrum hujuſmodi nolumus noſtris in aliquo prejudicare collegis quo minus ipſi vel eorum alter poſſit ſervato in hoc noſtro proceſſu in hujuſmodi executionis negotio procedere prout ſibi videbitur expedire, prefatas quoque litteras & hunc noſtrum proceſſum volumus penes dictum *Georgium Fridericum* principalem vel ejus procuratorem remanere & non per vos aut aliquem veſtrum ſeu quemcunque alium ipſis invitis detineri, contrarium vero facientes prefatis noſtris ſententiis dicta canonica monitione premiſſa ipſo facto volumus ſubjacere, mandamus tamen copiam fieri eam petentibus & habere debentibus petentium quidem ſumptibus & expenſis, abſolutionem vero omnium & ſingulorum qui prefatas noſtras ſententias incurrerint ſive incurrerit quoquo modo nobis vel ſuperiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes litteras ſive preſens publicum inſtrumentum hujusmodi noſtrum proceſſum in ſe continentes ſive continens exinde fieri & per Notarium publicum infra ſcriptum ſubſcribi & publicari ſigillique noſtri juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum & Actum *Prage* in *Ratſino* & domo ſolite noſtre Reſidentie ſub Anno Domini Milleſimo quingenteſimo triceſimo quarto, indictione ſeptima, die vero nona menſis Februarii Pontificatus ſanctiſſimo in Chriſto Patris & Domini Dni *Clementis* divina providentia Pape *Septimi* Anno undecimo preſentibus ibidem Venerabilibus Dominis *Simone Vil*-

latico

latico & *Luca Swibovienſi* teſtibus ad premiſſa vocatis atque rogatis.

Et ego *Johannes Steinkamp* Clericus Mindenſis publicus Apoſtolica auctoritate Notarius ac in Archivio Romane curie deſcriptus quia premiſſis omnibus & ſingulis dum ſic ut premittitur coram prefato Reverendiſſimo in Chriſto Patre & Domino Dno *Joanne* Epiſcopo Wiennenſi judice & executore per eum fierent & agerentur una cum prenominatis teſtibus interfui eaque ſic fieri vidi & audivi, ideo preſentes litteras ſive preſens publicum inſtrumentum hujusmodi proceſſus in ſe continens partim typis excuſum partim vero manu ſcriptum confeci & in hanc publicam formam redegi, ſignoque nomine & cognomine meis ſolitis & conſuetis una cum dicti Domini Epiſcopi judicis & executoris ſigilli appenſione ſubſignavi in fidem omnium & ſingulorum premiſſorum rogatus & requiſitus.

XXXVI.

ALIVD EXEMPLAR PRECVM FERDINANDI AD ECCLESIAM FRANCOF. PRIORIBVS AD EFFECTVM NON DEDVCTIS.

F*erdinandus* divina favente Clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ,

Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ &c. Dux Lucemburgiæ, ac Superioris & inferioris Sileſiæ, Wirtembergæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habſpurgi, Tirolis, Ferretis, Kiburgi, & Goritiæ, Landtgravius Alſatiæ, Marchio ſacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & inferioris Luſatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum &c. Honorabili devoto nobis dilecto N. Prepoſito collegiatæ Eccleſiæ *Sancti Bartholomei* Francofordiæ Moguntinenſis dioceſ. gratiam regiam & omne bonum. Etſi nos ad Romani Imperii faſtigium evectos titulisque Auguſti & regio diademate decoratos ſumma ſemper ope niti decet, omnia ſacri Romani Imperii intemerata iura & conſuetudines laudabiles conſervare, par eſt tamen ut hoc diligentiori ſtudio præſtemus, ſi quando integritate vitæ, & morum probitate, aliisque virtutibus inſignitos meritis beneficiis, & dignis honoribus afficiendos arbitramur. Siquidem Imperatorum Regumque ſublimitas & magnitudo, nullo expreſſius officio dei optimi maximi ſimilitudinem referre poteſt, quam ſi pluribus benefecerit. Quare cum nobis ad prædeceſſorum imitationem, ex inveterata conſuetudine etiam apoſtolica auctoritate per ſanctiſſimum in Chriſto patrem & dominum dominum *Clementem Septimum* fœlicis recordationis ſanctæ romanæ ac univerſalis Eccleſiæ pontificem maximum roborata, jus competat, preces primarias ad omnes & ſingulos beneficiorum eccleſiaſticorum collatores, & col-

latrices, capitula, conventus, & collegia, ac perſonas alias, de illis quocunque modo diſponendi jus habentes, per univerſum Romanum jmperium conſtitutas, porrigendi, dandi, concedendi, & decernendi, pro perſonis idoneis & nobis gratis, ad conſequendum beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura, tam ſecularia quam regularia, etiam ſi canonicatus & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia fuerint in collegiata, cathedrali, vel Metropol. eccleſia, etiam ſi ad ea conſueverint qui per electionem aſſumi, ad collatorum, collatricum, capitulorum, collegiorum, ſive conventuum ac perſonarum prædictarum collationem, proviſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ſeu quamlibet aliam ordinationem conjunctim vel diviſim ſpectantem canonicatu nihilominus & præbendæ cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione vel officio etiam ex perſona plurium ſucceſſive vacante pro uno computatis beneficio, & hujusmodi etiam prædeceſſorum noſtrorum primariis precibus reverenter hactenus paritum fuerit. Idcirco Romani Imperii jura & conſuetudines (ut tenemur) proſequi, & prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærere volentes, primarias preces noſtras pro devoto nobis dilecto *Jodoco Mantz* ad te dederamus & decreveramus, prout in literis noſtris deſuper expeditis latius continetur. Cum vero idem *Jodocus Mantz* precibus hujusmodi non dum effectum conſecutis eisdem libere ceſſerit & renunciaverit. Et propterea nobis

bis

Digitized by Google

bis jus competat perſonam nobis gratam denuo nominandi. Idcirco motu proprio devotum nobis dilectum *Henricum Pfleger* clericum Moguntinenſem denuo nominandum duximus, & tenore præſentium nominamus te adhortantes, & pro conſervatione jurium & conſuetudinum Romani imperii expreſſe requirentes ut beneficium eccleſiaſticum tam regulare quam ſeculare, cum cura vel ſine cura, etiamſi Canonicatus & Præbendæ dignitas perſonatus adminiſtratio vel officium fuerit etiam ſi ad illud conſueverint qui per electionem aſſumi in Metropolitana Cathedrali, vel Collegiata eccleſia, quod ad præſens ſive proxime quomodolibet ſimul vel ſucceſſive in quocunque menſe vacare contigerit, ad collationem, proviſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ordinationem, ſive quamlibet aliam diſpoſitionem tuam pertinens, canonicatu, ut præfertur & præbenda cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione, vel officio etiam ſi ex perſona plurium ſucceſſive vacaverint pro uno computatis beneficio, quod præfatus *Henricus Pfleger* per ſe vel procuratorem ſuum infra menſem a die notæ ſibi vacationis duxerit acceptandum, eundem *Henricum Pfleger* prout ad te ſpectat ad illud eligas nomines præſentes ac illud ei conferas & aſſignes atque etiam de eo provideas ponendo eum in pacifica & quieta poſſeſſione, ſtallum in choro & locum in capitulo ei aſſignando, cum plenitudine juris canonici & fructuum perceptione, qualibet contradictione ceſſante. Quo vero hæ preces noſtræ primariæ certiorem conſequantur

 effe-

effectum, nominamus & deputamus auctoritate apoſtolica nobis in hac parte conceſſa tenore præſentium, Venerabiles. N. Archiepiſcopum Moguntinenſem ſacri Romani jmperii per Germaniam Archicancellarium, principem Electorem, & conſanguineum noſtrum chariſſimum, & quemlibet eorum inſolidum, qui præſentibus noſtris literis requiſitus fuerit, harum primarium precum noſtrarum executores, eisdem per præſentes expreſſe committentes, & mandantes, ut ſi forte incontemptum & præjudicium jurium & conſuetudinum Romani jmperii ad parendum hujusmodi primariis precibus noſtris contumax & rebellis fueris tanquam executores a nobis deputati, ſub pœna gravis indignationis noſtræ quilibet eorum te realiter & cum effectu ad parendum per cenſuras eccleſiaſticas compellat, aliaque faciat & exequatur, juxta traditam ſibi in literis Apoſtolicis poteſtatem. Contumatia vero tua aut contemptu (quod abſit) per menſem continuum a die requiſitionis numerandum durante, te omnibus & ſingulis privilegiis, gratiis, libertatibus & donationibus a Romanis Imperatoribus & Regibus, ac a nobis & aliis prædeceſſoribus noſtris tibi conceſſis noveris eo ipſo privatum & noſtra tuitione exutum quæ & quas ex nunc prout a die contumatiæ tuæ tenore præſentium revocamus, caſſamus, & irrita eſſe volumus, & te taliter contumacem & rebellem a beneficiis Majeſtatis noſtræ reddimus alienum prout etiam ex nunc prout ex tunc privamus & a protectione noſtra excludimus. Harum teſtimonio literarum ſigilli

gilli

Digitized by Google

gilli noſtri appenſione munitarum. Datum in civitate noſtra *Vienna* die nona Menſis Decembris Anno Domini Milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto regnorum noſtrorum Romani decimo quinto, aliorum vero decimo nono.

FERDINANDVS.

Mortuo *Ferdinando* Imp. Filius ejusdem *Maximilianus ſecundus* 24. Nov. 1562. electus ſucceſſit an. 1564. & Obiit 1576.

XXXVII.

EXECVTORIALES PRECVM MAXIMILIANI SECVNDI ROM. REGIS.

Daniel Dei gracia ſanctе ſedis Maguntinenſis Archi Epiſcopus ſacri Romani Imperii per Germaniam Archi Cancellarius Princeps Elector &c. ac in victiſſimi Principis & Domini Dñi Maximiliani Secundi divina favente clementia Romanorum electi Imperatoris & Germaniæ Hungariæ Bohemiæ Dalmatiæ Croatiæ atque Schlavoniæ &c. Regis Archiducis Auſtriæ Ducis Burgundiæ &c. Commiſſarius judex & executor ab ipſius Majeſtate una cum quibusdam aliis infraſcriptis noſtris in hac parte collegis cum illa clauſula, quemlibet eorum in ſolidum, ad infraſcripta ſpecialiter deputatus honorabilibus devotis nobis dilectis N. Decano & Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ *S. Bartholomei*

Civitatis *Franckfordienſis* nec non omnibus & ſingulis quorum intereſt & intererit quosque infraſcriptum tangit negocium ſeu tangere poterit in futurum quibuscunque nominibus cenſeantur & quacunque præfulgeant dignitate ſalutem in Domino & noſtris hujusmodi imo verius Apoſtolicis & Imperialibus firmiter obedire mandatis. Felicis recordacionis ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Dñi *Pii* Papæ ejus vera bulla plumbea in filis ſericeis rubei croceique colorum ſub impendente bullatas ex parte ſupradicti electi Romanorum Imperatoris primo per ſuæ Majeſtatis Vice Cancellarium & poſtmodum tempore & loco infra annotatis quasdam alias primariarum precum ejusdem Domini Imperatoris literas ejus vero ſigillo in cera rubea glauca circumdata & preſſula pergamenea ſubimpendente ſigillatas, ſanas ſiquidem & integras non viciatas non cancellatas neque in aliqua ſui parte ſuſpectas ſed omni prorſus ſuſpicione & vicio carentes pro parte diſcreti nobis dilecti *Georgii Erſtenberger* Clerici Mogunt. Dioc. principalis in eisdem primariis precibus nominati nobis ſucceſſive coram Notario & teſtibus ad hoc adhibitis præſentatas, nos cum ea qua decuit reverencia recepiſſe noveritis, quarum tenores ſucceſſive ſequuntur & ſunt tales:

XXVIII.

XXXVIII.

INDVLTVM PII IV. MAXIMILIANO II.

Pius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Chariſſimo in Chriſto filio *Maximiliano* Regi Romanorum illuſtri ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum poſt de perſona tua per ſacri Romani Imperii Principes Electores de conſenſu chariſſimi in Chriſto filii noſtri *Ferdinandi* etiam Romanorum Regis illuſtris in Imperatorem Electi patris tui electionem factam ac per nos pro univerſæ Chriſtianæ reipublicæ ſalute confirmatam nobis ſignificaveris ſummopere deſiderare perſonas tibi gratas & acceptas gratia & munificentia aliqua beneficia eccleſiaſtica conſequi poſſe, Nos quemadmodum merentur efferri laudibus inſignibusque preconiis commendari & ſublimium principum deſideria & vota quæ in Divini nominis & perſonarum illi clericali vinculo aſtrictarum amore feruntur & opere poſtmodum conſequente tutum deducantur in actum, ita etiam dignum vel potius debitum exiſtimamus ut quoniam in fidei ſynceritate & devotione illibatæ Eccleſiæ ſponſæ noſtræ fidelem Advocatum devoviſti, eaque humili profeſſione matrem & Dominam tuam recognoviſti & ad ipſius honorem & ſacri Romani Imperii decus unctionem victoriæ & diadema etiam noſtro miniſterio adveniente tempore ſuſcipere & in eis immobilis perſiſtere intendis, verum etiam tanquam ipſius eccleſiæ legi-

Digitized by Google

timus pugil & athleta te adverſus ſchismaticorum & hæreticorum Turcarum tyrannum ac fidei & Chriſti nominis hoſtes inſanias & furores ſpiritualiter & temporaliter armaris & indies arma hujusmodi jugiter exequeris, ea tibi favorabiliter concedamus, quæ tuæ Celſitudini cedant ad honorem ac per quæ eisdem bene meritis perſonis te munificum reddere poſſis ope auctoritatis Apoſtolicæ exhibitione gratiarum; Hinc eſt quod tuæ celſitudinis ſupplicationi inclinati dicta auctoritate præſentium ſerie eidem celſitudini tuæ concedimus & indulgemus, quod ſi per te quibusvis collatoribus ſeu collatricibus quorumlibet beneficiorum eccleſiaſticorum ſecularium vel regularium ordinum quorumcunque per ſacrum Romanum Imperium ubilibet conſtitutorum etiam ſi qui vel ſi qua ex illis Pontificali vel alia quavis dignitate præfulgeant, ſeu collegia capitula & conventus fuerint ſuper ſingulis beneficiis eccleſiaſticis cum cura vel ſine cura ſecularibus vel ordinum hujusmodi regularibus in ſingulis Cathedralibus etiam Metropolitanis Collegiatis & aliis quibusvis eccleſiis, etiamſi beneficia hujusmodi Canonicatus & prebende dignitates perſonatus adminiſtrationes vel officia in eisdem Cathedralibus etiam Metropolitanis vel collegiatis & ipſe prebende in illis ex hujusmodi eccleſiis, in quibus majores vel minores præbendæ eſſe noſcantur, etiamſi majores fuerint & ad dignitates perſonatus adminiſtrationes vel officia hujusmodi conſueverint qui per electionem aſſumi eisque cura immineat animarum, dummodo dignita-

ta-

tates ipſæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis poſt Pontificales majores aut collegiatis hujusmodi principales non exiſtant, ad eorundem collatorum & collatricum collationem proviſionem preſentationem electionem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem communiter vel diviſim pertinentibus ſingulis perſonis conferendis ſeu ſuper hoc quod perſonæ hujusmodi ad illa recipiantur & admittantur preces porrigi ſeu de perſonis eisdem ad hujusmodi beneficia nominationes fieri contigerit primarias, iidem collatores & collatrices ſalvo quod ſingulæ collationes & ſingulæ eccleſiæ ex hoc ultra quam in uno beneficio non graventur ac ipſi collatores & collatrices ſaltem quatuor beneficia eccleſiaſtica conferre habeant, hujusmodi precibus & nominationibus parere & intendere nec non perſonas ipſas ad hujusmodi beneficia, poſtquam ipſis de illis canonice proviſum fuerit, juxta earundem precum aut nominationum tenorem recipere & admittere debeant & etiam teneantur, ita quod Celſitudo tua unam & eandem perſonam ſupradictis collatoribus & collatricibus ſimul vel ſucceſſive nominare poſſit, ita tamen quod quam primum perſona ſic nominata de aliquo beneficio proviſa fuerit, ejus nominatio quoad alios Collatores vel collatrices facta ipſo jure expiret & quoad easdem preces canonicatum & præbendam ac dignitatem ſeu perſonatum adminiſtrationem ſeu officium in una eccleſia pro unico duntaxat beneficio computari debere declaramus, quodque quicunque quibusvis in dignitatibus conſtituti ſeu ec-

eccleſiarum Cathedralium Canonici ſinguli videlicet ex illis quos pro ſingulis perſonis prædictis precum & nominationum hujusmodi & ad hoc ut illæ ſortiantur effectum, etiam præſentium executores deputaveris, per ſe vel alium ſeu alios beneficia predicta cum in quibusvis etiam Ordinariis collatoribus per conſtitutiones noſtras aut litteras alternativas aliaque privilegia & indulta quæcunque quomodocunque conceſſis & imposterum concedendis aut aliis quibuscunque menſibus vacaverint & quæ perſonæ pro quibus preces & nominationes hujusmodi factæ fuerint, quatenus hujusmodi preces ſive nominationes ad illa ſe extendant infra menſem, poſtquam ipſis vacatio hujusmodi beneficiorum innotuerit, duxerint acceptanda, etiamſi beneficia diſpoſitioni Apoſtolicæ alias quam per Conſtitutionem fel. rec. Benedicti PP. XII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: Ad regimen, generaliter reſervata exiſtant & ex diverſis perſonis vacaverint & perſonæ nominatæ prædictæ tempore aſſecutionis beneficii ad quod nominatæ fuerint, aliud beneficium in eadem eccleſia obtineant ac ſecundum ſtatuta & conſuetudines eccleſiarum in quibus beneficia hujusmodi conſtiterint vel indulta eccleſiis conceſſa, capaces videlicet in ætate legitima conſtitutæ & de legitimo matrimonio procreatæ non ſint, dummodo quoad hujusmodi qualitates alias cum eis canonice diſpenſatum & beneficia in eadem eccleſia obtinenta talia ſint, quæ ſine diſpenſatione Apoſtolica inſimul obtineri poſſint aut conſueverint ac ipſorum

Digitized by Google

rum vacantium beneficiorum collatio non fuerit juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad ſedem prædictam legitime devoluta, neque ſuper illis inter aliquos lis pendeat indeciſa cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis perſonis ipſis etiam duo vel tria ſeu plura quarumcunque qualitatum & cujuscunque annui valoris eccleſiaſtica beneficia obtinentibus & expectantibus conferre & aſſignare, nec non omnia & ſingula quæ ad hoc ut precum ſeu nominationum & acceptationum ac collationum hujusmodi ſuccedant effectus, oportuna fuerint, facere authoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam exequi poſſint & valeant, ſuper quibus ipſis plenam & liberam auctoritate predicta tenore præſentium poteſtatem concedimus ac etiam facultatem, ac perſonis prædictis pro quibus hujusmodi primarias preces porrigi ſeu nominationes fieri contigerit, quod ipſe expectativis ac nominationibus ſeu ſpecialium reſervationum de quibusvis beneficiis pro eis factarum gratiis & mandatis de providendo ipſis de eisdem, ſi qua ipſis conceſſa fuerint, una cum gratia precum & nominationum primariarum earundem uti poſſint, nec aliqua gratiarum hujusmodi conſumpta reliquæ earundem caſſæ cenſeantur vel irrite indulgemus, non obſtantibus noſtris de non utendo gratia expectativa ac reſervatione ſpeciali vel duabus gratiis inſimul ac de inſinuatione & publicatione & diligentiis per acceptantes deſuper faciendis ac in favorem Ordinariorum collatorum nec non expectativas in forma pauperum habentium ac illuſtrium & graduatorum ac ſedis prædictæ offi-

officialium ac certas inibi expreſſas gratias habentium nec non quibuscunque in Cancellaria Apoſtolica quandocunque publicatis & publicandis ac aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis nec non aliis eccleſiarum in quibus beneficia hujusmodi forſan fuerint ſtatutis & conſuetudinibus illis preſertim quibus in eccleſiis in quibus majores & minores præbendæ hujusmodi fuerint, caveri dicitur, quod nullus inibi majorem præbendam majore aſſequi valeat, niſi illam de minori gradatim & per optionem aſcendat, juramento confirmatione apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis contrariis quibuscunque aut ſi aliquibus ſuper proviſione ſibi facienda de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ſpeciales vel generales dictæ ſedis vel Legatorum ejus litteræ etiam noſtro vel eas concedentium motu proprio aut cujusvis etiam quocunque reſpectu & ad cujuscunque inſtantiam ſint conceſſæ vel concedantur in poſterum, ſeu ſi ſpeciales de hujusmodi beneficiis per nos vel ſedem prædictam aut quæcunque aliæ aut quarumcunque nominandi & reſervandi facultatem quibusvis quacunque etiam eccleſiaſtica vel mundana dignitate fulgentibus per ſedem prædictam conceſſarum vel concedendarum vigore reſervationum ſeu earundem facultatum obtenta, ad hujusmodi beneficia quarumcunque perſonarum nominationes pro tempore factæ fuerint, quas quidem literas etiam ſi per eas ad inhibitionem reſervationem & decretum vel alias quomodolibet proceſſum fuerit, nec non reſervationes facultates & nominationes cum quibus-

buſvis etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis quæ præſentium effectum ſuſpendere impedire vel perimere aut alias eisdem præſentibus quomodolibet obſiſtere viderentur ſive ex certa noſtra ſcientia vel ſimili motu ſive alias ſub quibuſvis forma & expreſſione verborum & quæ fortaſſe talis ſui tenoris inſertionem ac illorum quibus conceſſa ſunt vel fuerunt nominum & cognominum individualem expreſſionem præſentibus faciendam ad hoc ut illis per easdem præſentes ſufficienter derogetur exigunt vel requirunt & quæ ipſis præſentibus perinde ac ſi earum tenor de verbo ad verbum inſertus foret, pro expreſſis habeantur, emanaverint ac mandata de providendo inde ſecuta cum proceſſibus per ea pro tempore habitis, niſi illi, pro quibus emanaverint ut præfertur de venerabilium Fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium numero fuerint, ad beneficia quæ precum & nominationum primariarum vigore per perſonas pro quibus illæ factæ fuerint acceptata & de quibus eis provideri contigerit, minime extendi, quin imo in illorum executione perſonas ipſas omnibus & quibuscunque earum litterarum ac expectativarum & reſervationum hujusmodi vigore & cum quibusvis antelationum prærogativis etiam illis quas certis noſtris familiaribus continuis commenſalibus in Cancellaria Apoſtolica ac aliis noſtris litteris ad effectum ut aliis in aſſecutione beneficiorum conferendis nominatim deſcriptis conceſſimus & cum ſimilibus derogatoriis clauſulis quæ nulli quominus præſentium ſuccedant effectus ſuf-

fra-

fragari debent expectantibus etiamſi illarum obtentum, in quibusvis eccleſiis in Canonicos recepti ac de numero ipſorum familiarium continuorum, Commenſalium antiquorum fuerint nec non gratias in communi forma pauperum habentibus ac officialibus & illuſtribus ac alias quascunque facultates habentibus etiam noſtris familiaribus continuis Commenſalibus antiquis & deſcriptis & impoſterum deſcribendis dictis Cardinalibus duntaxat exceptis, anteferri volumus ſed nullum per hoc expectantibus ipſis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari, ſeu ſi dictis collatoribus vel collatricibus vel quibusvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur & ad id compelli, aut quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, quodque de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ad eorum collationem proviſionem præſentationem electionem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cujuscunque tenoris exiſtat per quam præſentibus expreſſam vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri & de qua cujusque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis, aut ſi perſonæ prædictæ præſentes non fuerint ad præſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudini-

ni-

Digitized by Google

nibus eccleſiarum in quibus hujusmodi beneficia fuerint, ut præfertur ſolita juramenta, dummodo in abſentia ſua per procuratores idoneos & cum ad eccleſias ipſas acceſſerint, corporaliter illa præſtent, nec non concordatis nationis Germanicæ ac eorundem concordatorum confirmatione ac prædictis & quibuscunque aliis quandocunque editis & edendis conſtitutionibus & regulis noſtris & dictæ cancellariæ, ad quarum ſolennitatem, aſtrictionem formam vel ſatisfactionem ſeu obſervantiam habentes preces ſeu nominationem hujusmodi minime teneantur nec ipſe preces ſub illis comprehendantur quoquomodo nec non quibusvis privilegiis indultis ac litteris Apoſtolicis & quibusvis gratiis expectativis ſpecialibus vel generalibus etiam mentalibus reſervationibus unionibus annexionibus & incorporationibus ſuppreſſionibus & extinctionibus perpetuis & temporalibus nominationibus ac reſervandi uniendi annectendi incorporandi ac nominatis & aliis conferendi commendandi ſupprimendi & extinguendi aliisque citra acceſſus & regreſſus de conſenſu facultatibus litteris mandatis & indultis quibuscunque etiam cum proviſionibus commendis & aliis diſpoſitionibus ex tunc & gratiis quibusvis perſonis cujuscunque dignitatis gradus ſtatus vel conditionis exiſtentibus & quacunque etiam Imperiali Regali Reginali Ducali Epiſcopali Archi Epiſcopali Patriarchali vel majori auctoritate præeminentia nobilitate & excellentia ac etiam Cardinalatus honore fulgentibus & familiaribus continuis commenſalibus

bus noſtris etiam deſcriptis & antiquis & in eorum ac Eccleſiarum Cathedralium & Metropolitanarum ac Patriarchalium & principalium monaſteriorum menſarum capitulorum dignitatum & aliorum beneficiorum quorumcunque cum cura & ſine cura ſecularium & quorumvis ordinum regularium locorum piorum univerſitatum ſtudiorum & aliorum quorumcunque aut in nullius favorem aut eorum nec non jurium ceſſorum vel ablatorum aut ſpoliorum damnorum etiam per infideles illatorum & obſequiorum nobis Romanæquæ eccleſiæ vel dictæ ſedi aut pro fide Catholica impenſorum ſeu quibusvis aliis excogitabilibus & urgentiſſimis ac inſolitis nec non exprimendis cauſis conſideratione contemplatione inſtantia intuitu ratione vel reſpectu ac motu proprio ac ex certa ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine & cum quibusvis antelationum prærogativis declarationibus, conceſſionibus, favoribus, ſuſpenſionibus ac gratiis & reſtitutionibus modificationibus exceptionibus & annullativis irritativis ac derogatoriarum derogatoriis nec non prædictam & alias quascunque conceſſas & concedendas gratias ſuſpendentibus ac illis derogantibus nec non mentis & intentionis ac perpetuæ & incommutabilis noſtræ voluntatis fuiſſe & eſſe de non revocando & ſuſpendendo gratias easdem & illis non derogantibus quomodolibet atteſtantibus & in priſtinum & validiſſimum ſtatum reponentibus, reſtituentibus ac plenarie redintegrantibus ac per modum pacti & initi contractus ac perpetui ſtatuti nec non gratias ipſas ut de actu vacanti-

tibus expectare & ex tunc vere & non ficte etiam quo ad poſſeſſionem dictorum beneficiorum ac omnes juris & facti defectus plenum eſſe ſortitas effectum decernentibus & declarantibus aliisque efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis per nos & ſedem prædictam aut eos legatos in genere vel in ſpecie etiam nominatim de dictis beneficiis & aliis quomodolibet emanatis, quibus etiamſi in illis quod illa non niſi certis modis & formis inibi expreſſis & nominatis verbisque & ſignis inibi appoſitis & omni diverſarum litterarum Apoſtolicarum expeditione & intimatione etiam diverſis temporibus facienda ac de conſenſu eorum quorum intereſſe concernebatur aut etiam nullatenus ſuſpendi moderari aut eis in aliquo derogari poſſet aut quatenus ſuſpenderentur aut illis derogaretur, toties de novo & ſub quacunque data per illos quorum intereſſe concernebatur, eligenda conceſſa & facta ſint & eſſe cenſeantur ac expediri poſſint ac ſi non aliter per quoscunque judices & perſonas judicari debeat, caveatur expreſſe illorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis ac de verbo ad verbum inſertis ac modos & formas hujusmodi pro individuo ſervatis habentes ad effectum præſentium omnino derogamus & in dictis beneficiis cum ut præfertur vacaverint effectum ſortiri aut locum ſibi vendicare, nec non decernentes præſentes litteras nullatenus de ſubreptionis aut obreptionis vitio aut intentionis defectu notari aut impugnari poſſe nec debere & ſic per quoscunque tam

ordinaria quam delegata & mixta authoritate fungentes judices & perſonas ubique judicari cognoſci atque decidi debere ſublata eis & eorum cuilibet aliter judicandi recognoſcendi & decidendi facultate nec non irritum & inane quicquid ſecus ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis vel eorum aliquo quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, cæteriſque contrariis quibuscunque, præterea quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula loca deferri, volumus ac dicta auctoritate decernimus, quod illarum transſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis & ſigillo alicujus perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur ubique quæ adhiberetur eisdem præſentibus ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis conceſſionis indulti derogationis decreti & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Romæ* apud ſanctum *Marcum* Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, quarto idus Julii, Pontificatus noſtri Anno quinto. *Sequuntur nunc litteræ Imperiales.*

XXXIX.

Digitized by Google

XXXIX.

PRECES IMPERIALES MAXIMILIANI II.

M*aximilianus* ſecundus. Divina favente clementia Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ &c. Rex: Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lucemburgiæ, Wirtembergæ, Superioris & inferioris Sileſiæ &c. Princeps Sueviæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, Moraviæ, ſuperioris & inferioris Luſatiæ: Comes Habſpurgi, Tirolis, Ferretis, Kyburgi & Goriciæ &c. Landtgravius Alſatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Honorabilibus devotis nobis dilectis N. Decano & Capitulo Eccleſiæ collegiatæ *S. Bartholomei* in *Franckford* Mogunt. dioceſ. gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum. Etſi nos ad Romani imperii faſtigium evectos, titulisque Auguſti & regio diademate decoratos, ſumma ſemper ope niti tecet, omnia ſacri Romani Imperii intemerata jura & conſuetudines laudabiles conſervare: par eſt tamen, ut hoc diligentiori ſtudio præſtemus, ſi quando integritate vitæ, & morum probitate, aliisque virtutibus inſignitos, meritis beneficiis, & dignis honoribus afficiendos arbitramur. Siquidem Imperatorum Regumque ſublimitas & magnitudo, nullo expreſſius officio Dei optimi maximi

 ſimi-

ſimilitudinem referre poteſt, quam ſi pluribus benefecerit. Quare cum nobis ad prædeceſſorum imitationem, ex inveterata conſuetudine, etiam apoſtolica autoritate per ſanctiſſimum in Chriſto patrem Dominum *Pium IIII.* ſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ Pontificem Maximum roborata, jus competat, preces primarias ad omnes & ſingulos beneficiorum eccleſiaſticorum collatores & collatrices, capitula, conventus, & collegia, ac perſonas alias de illis quocumque modo diſponendi jus habentes, per univerſum Romanum Imperium conſtitutas, porrigendi, dandi, concedendi & decernendi, pro perſonis idoneis & Nobis gratis, ad conſequendum beneficia eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura, tam ſecularia quam regularia, etiamſi canonicatus & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia fuerint in Collegiata, Cathedrali, vel Metropolitana eccleſia, etiamſi ad ea conſueverint qui per electionem aſſumi, ad collatorum collatricum, Capitulorum, Collegiorum ſive conventuum, ac perſonarum prædictarum collationem, proviſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ſeu quamlibet aliam ordinationem coniunctim vel diviſim ſpectantia (canonicatu nihilominus & præbenda cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione vel officio etiam ex perſona plurium ſucceſſive vacantibus, pro uno computatis beneficio) & hujusmodi etiam prædeceſſorum noſtrorum primariis precibus reverenter hactenus paritum fuerit. Idcirco Romani imperii jura & conſuetudines (ut tenemur) proſequi, &

præ-

Digitized by Google

prædeceſſorum veſtigiis inherere volentes, primarias preces noſtras pro devoto nobis dilecto *Georgio Erſtenberger* Clerico Moguntinenſis diœceſis ad vos porreximus, dedimus, conceſſimus, & decrevimus, ac per præſentes porrigimus, damus, concedimus, & decernimus. Ita tamen quod nobis & hæredibus ac ſucceſſoribus noſtris Archiducibus Auſtriæ, nullum unquam per hoc in juribus, privilegiis exemptionibus & collationibus noſtris generetur præjudicium Vos adhortantes, & pro conſervatione jurium & conſuetudinum Romani imperii expreſſe requirentes, ut beneficium eccleſiaſticum, tam regulare quam ſeculare, cum cura vel ſine cura, etiam ſi Canonicatus & prebenda dignitas, perſonatus, adminiſtratio, vel officium fuerit, etiam ſi ad illud conſueverint qui per electionem aſſumi in Metropolitana, Cathedrali, vel collegiata Eccleſia, quod ad præſens ſive proxime quomodolibet, ſimul vel ſucceſſive, in quocunque menſe vacare contigerit, ad collationem, proviſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ordinationem, ſive quamlibet aliam diſpoſitionem veſtram pertinens, canonicatu ut prefertur & præbenda cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione, vel officio etiam ſi ex perſona plurium ſucceſſive vacaverint, pro uno computatis beneficio, quod præfatus *Georgius* per ſe vel procuratorem ſuum, infra menſem a die notæ ſibi vacationis duxerit acceptandum eundem *Erſtenberger* prout ad vos ſpectat ad illud eligatis, nominetis preſentetis ac ei illud conferatis & aſſi-

gnetis atque etiam de eo provideatis, ponendo cum n pacifica & quieta poſſeſſione, ſtallum in choro & locum in capitulo ei aſſignando, cum plenitudine juris canonici & fructuum perceptione, qualibet contradictione ceſſante. Quo vero hæ preces noſtræ primariæ, certiorem conſequantur effectum nominamus & deputamus auctoritate apoſtolica nobis in hac parte conceſſa, tenore præſentium. Venerabiles N. Archiepiſcopum Moguntinum Sac. Rom. Imp. per Germaniam Archicancellarium Principem Electorem & Nepotem noſtrum Chariſ. N. Epiſcopum Gurcenſ. Principem & conſiliarium noſtrum & N. Epiſcopum Novæ Civitatis Auſtriæ devotos nobis dilectos, & quemlibet eorum inſolidum, qui præſentibus noſtris literis requiſitus ſuerit, harum primariarum precum noſtrarum executores, eisdem per præſentes expreſſe committentes & mandantes, ut ſi forte in contemptum & præjudicium jurium & conſuetudinum Romani Imperii ad parendum hujusmodi primariis precibus noſtris contumaces & rebelles, fueritis tanquam executores a nobis deputati, ſub pœna gravis indignationis noſtræ, quilibet eorum vos realiter & cum effectu ad parendum per cenſuras eccleſiaſticas compellat, aliaque faciat & exequatur, juxta traditam ſibi in literis apoſtolicis poteſtatem, contumacia vero veſtra aut contemptu (quod abſit) per menſem continuum a die requiſitionis numerandum durante, vos omnibus & ſingulis privilegiis, gratiis, libertatibus & donationibus a Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac a nobis & aliis

præ-

prædeceſſoribus noſtris, vobis conceſſis noveritis eo ipſo privatos & noſtra tuitione executos, quæ & quas ex nunc, pro ut a die contumaciæ veſtræ tenore præſentium revocamus, caſſamus, & irrita eſſe volumus, & vos taliter contumaces & rebelles a beneficiis Majeſtatis noſtræ reddimus alienos, pro ut etiam ex nunc, prout ex tunc privamus, & a protectione noſtra excludimus. Harum teſtimonio literarum Sigilli noſtri appenſione munitarum. Datæ in civitate noſtra *Viennæ* Auſtriæ die decima quinta Novembris. Anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono Regnorum noſtrorum Romani & Hungarici ſeptimo Bohemici vero vigeſimo primo.

MAXIMILIANVS.

Poſt quarum quidem litterarum tam apoſtolicarum quam Imperialium præſentationem & receptionem nobis & per nos ut præmittitur factas fuimus pro parte dicti Georgii Principalis debita cum inſtantia requiſiti, quatenus tam ad illarum quam Apoſtolicarum præinſertarum executionem juxta traditam per eas formam procedere dignaremur. Nos igitur executor ac Commiſſarius antedictus attendens requiſitionem hujusmodi fore juſtam & rationi conſonam, volensque mandata Apoſtolicum & Imperiale nobis in hac parte directa reverenter exequi ut tenemur, idcirco authoritate Apoſtolica nobis commiſſa & qua fungimur in hac parte præfatas litteras tam Apoſtolicas quam Imperiales atque hunc noſtrum proceſſum & in eis contenta vo-

Digitized by Google

bis omnibus & ſingulis ſupradictis quibus præſens noſter proceſſus dirigitur & cuilibet veſtrum in ſolidum inſinuamus notificamus & ad veſtram & cujuslibet veſtrum notitiam deducimus & deduci volumus per præſentes & nihilominus vobis & veſtrum cuilibet in ſolidum dicta authoritate Apoſtolica nobis commiſſa in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub infra ſcriptis ſententiarum pœnis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt præſentationem ſeu notificationem præſentium vobis factam & poſtquam pro parte dicti *Georgii* Principalis vel procuratoris ſui ejus nomine deſuper vigore præſentium fueritis requiſiti ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus immediate ſequentium quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo & reliquos duos dies pro tertio peremptorio termino ac monitione canonica aſſignamus eidem *Georgio* vel ejus legitimo procuratori ejus nomine beneficium eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura quod ad præſens ſive proxime quomodocunque vacaverit in præſentibus litteris imperialibus latius expreſſum, etiamſi canonicatus & præbenda ac dignitas ſeu perſonatus adminiſtratio vel officium in una eccleſia fuerint iis pro uno duntaxat beneficio computatis, quod ac quæ dictus *Georgius* per ſe aut ejus procuratorem acceptandum duxerit cum omnibus & ſingulis ſuis juribus & pertinentiis conferatis & aſſignetis ac ipſum ſeu dictum procuratorem ſuum ad illius veram realem & corporalem poſſeſſionem juriumque & pertinentiarum omnium ejusdem inducatis & admittatis &

quan-

quantum in vobis fuerit induci & admitti faciatis, & ſi canonicatus & præbenda fuerit aſſignando ſibi ſtallum in choro & locum in capitulo non obſtantibus omnibus illis quæ in dictis literis Apoſtolicis præfatus Dominus Papa voluit non obſtare. Quod ſi forte præmiſſa omnia & ſingula non impleveritis ac mandatis & monitionibus noſtris imo verius Apoſtolicis & Imperialibus non parueritis cum effectu, nos in vos omnes & ſingulos ſupradictos & veſtrum quemlibet qui in præmiſſis culpabiles fueritis, aut quo minus præmiſſa omnia & ſingula ſuum debitum ſortiantur effectum, impedimentum aliquod per vos vel ſubmiſſas perſonas directe vel indirecte quovis quæſito colore præſtiteritis aut impedientes dictum *Georgium* vel ejus legitimum procuratorem ſuper præmiſſis auxilium conſilium vel favorem per vos vel per alium ſeu alios ut præfertur dederitis ac in contradictores ac rebelles impedientesque prædictas ex nunc prout ex tunc & e converſo ſingulariter in ſingulos prædicta ſex dierum canonica monitione præmiſſa excommunicationis, in Capitula vero conventus & Collegia & in his forſan delinquentes ſuſpenſionis a Divinis & in ipſorum ac quorumcunque delinquentium & rebellium hujusmodi eccleſias ac in quibus beneficium hujusmodi forſan fuerit ac monaſteria & capellas interdicti eccleſiaſtici ſententias ferimus in his ſcriptis & etiam promulgamus. Cæterum cum ad executionem præmiſſorum ulterius faciendam nequeamus quoad præſens aliis arduis præpediti negotiis perſonaliter intereſſe, univerſis & ſingulis Dominis

Abbatibus Prioribus Præpoſitis Decanis Archidiaconis Scolaſticis Cantoribus Cuſtodibus Theſaurariis Succentoribus ſacriſtis tam Cathedralium quam Metropolitanarum & Collegiatarum Eccleſiarum Canonicis parochialiumque eccleſiarum Rectoribus ſeu loca tenentibus eorundem, plebanis vice plebanis capellanis curatis & non curatis, vicariis perpetuis altariſtis cœterisque presbiteris Clericis notariis publicis quibuscunque ubilibet conſtitutis & eorum cuilibet in ſolidum ſuper ulteriori executione præmiſſorum facienda authoritate Apoſtolica prædicta tenore præſentium plenarie committimus vices noſtras, donec eas ad nos duxerimus revocandas, quos nos etiam & eorum quemlibet authoritate & tenore prædictis requirimus & monemus primo ſecundo tertio & peremptorie communiter vel diviſim eisque nichilominus & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis pœna præcipimus & mandamus, quatenus infra tres dies poſt præſentationem ſeu notificationem præſentium ac requiſitionem ipſis deſuper pro parte dicti Principalis factam immediate ſequentes, quos tres dies ipſis & eorum cuilibet ſuper hoc & pro omnī dilatione terminoque peremptorio ac monitione canonica aſſignamus, ita tamen quod in his exequendis unus eorum alterum non expectet nec alter pro alio ſe excuſet, ad vos Decanum & Capitulum omnesque & ſingulos ſupradictos perſonaliter accedant dictasque litteras imperiales & hunc noſtrum proceſſum ac in eis contenta, vobis omnibus & ſingulis ſupradictis

dictis legaliter intiment, inſinuent ac fideliter publicari procurent & nihilominus eidem *Georgio* aut ejus procuratori legitimo pro eo de beneficio hujusmodi ſi vacat ad præſens ſive cum vacaverit ut præfertur & ſi Canonicatus & præbenda fuerit, una cum dignitate officio ſeu adminiſtratione poſt acceptationem prædictam cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis authoritate prædicta conferant & aſſignent ac ſibi de illo provideant ipſumque vel procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem realem & actualem poſſeſſionem dicti beneficii juriumque & pertinentiarum prædictorum ponant & inducant ſeu poni & induci faciant inductumque defendant ſibique de illius fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus univerſis prout ad eos communiter vel diviſim pertinet, plenarie & integre reſponderi faciant & procurent realiter & cum effectu & generaliter omnia alia & ſingula nobis in hac parte commiſſa plenarie exequantur juxta traditam ſeu directam vobis per præfatas litteras tam Apoſtolicas quam Imperiales ac præſentis noſtri proceſſus vim formam & tenorem ita tamen quod dicti noſtri ſubdelegati & quicunque alii in præjudicium dicti *Georgii* Principalis vel procuratoris ſui ejus nomine nihil valeant attentare in præmiſſis, nec circa proceſſus per nos habitos, neque dictas ſententias per nos latas abſolvendo vel ſuſpendendo aliquid immutare, in cœteris autem quæ prædicto *Georgio* principali vel ejus procuratori nocere vel obeſſe poſſent præfatis noſtris ſubdelegatis & eorum cuilibet

po-

poteſtatem omnimodam denegamus, ſi tamen contingat nos ſuper præmiſſis in aliquo procedere de quo nobis poteſtatem plenariam reſervamus, non intendimus propterea commiſſionem noſtram hujusmodi in aliquo revocare, niſi de revocatione ipſa ſpecialem & expreſſam in noſtris litteris fecerimus mentionem; per proceſſum autem noſtrum hujusmodi nolumus nec intendimus in aliquo præjudicare collegis, quo minus ipſi vel eorum alter poſſit ſervato tamen noſtro hoc proceſſu in hujusmodi executionis negotio procedere prout ſibi videbitur expedire, præfatas quoque litteras & hunc noſtrum proceſſum volumus penes dictum *Georgium* Principalem vel ejus procuratorem remanere & non per vos, aliquem veſtrum ſeu quemcunque alium ipſis invitis detineri, Contrarium vero facientes præfatis noſtris ſententiis dicta canonica monitione præmiſſa ipſo facto volumus ſubjacere, mandamus tamen copiam fieri eam petentibus & habere debentibus, petentium quidem ſumptibus & expenſis, abſolutionem vero omnium & ſingulorum qui præfatas noſtras ſententias aut earum aliquam incurrerit, quoquomodo nobis vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentes litteras ſive præſens publicum inſtrumentum hujusmodi noſtrum proceſſum in ſe continentes ſive continens exinde fieri & per notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi noſtrique ſigilli fecimus appenſione communiri. Datum & actum *Aſchaffenburg* ſub anno a Nativitate

Digitized by Google

tate Domini Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo indictione decima tertia die vero decima menſis Aprilis Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Dñi *Pii* divina Providentia Pape ejus nominis *Quinti* anno quinto præſentibus ibidem nobili & diſcreto viris *Friderico Hund à Saulnheim* & *Melchiore Sultzbacher* Cubiculariis & Camerariis noſtris teſtibus ad præmiſſa rogatis atque ſpecialiter vocatis.

Et Ego *Hieronimns Pleis* ſacri Imperiali authoritate publicus & in judicio cameræ approbatus notarius, nec non Rñi Dñi D. Archi Epiſcopi Mogunt &c. executoris ſecretarius, quia præinſertarum litterarum Apoſtolicarum vigore requiſitioni nec non precum ſive nominationum Imperialium præſentationi & receptioni, proceſſus quoque deſuper ſubdelegationi nominationi atque aliis & ſingulis præmiſſis dum ſic ut præmittitur fierent & agerentur, una cum prænominatis teſtibus præſens interſui, eaque fieri vidi & audivi ac in notam ſumpſi, ideo præſentes litteras ſive præſens publicum inſtrumentum proceſſum hujusmodi in ſe continentes ſive continens manu alterius conſcriptnm exinde confeci, complevi, ſubſcripſi & in hanc publicam formam redegi ſignoque & nomine noſtris ſolitis & conſuetis una cum prælibati Rñi Dñi executoris ſigilli appenſione ſignavi in fidem & teſtimonium præmiſſorum rogatus & requiſitus.

Maximilianum II. Imperatorem cum Pontifice (*Pio IV.*) ratione indulti primariarum precum uti

&

Digitized by Google

& ratione Confirmationis Pontificiæ Romanorum Regis neo-electi non amplius requirendæ, ſpecialia Concordata celebraſſe an. 1564. memorat *L. B. de Senckenberg* in *Tractatione* Germanica ſub tit. *Vorläufige einleitung zu der gantzen in Deutſchland üblichen Rechtsgelehrſamkeit. 8. Nordlingen 1762. pag. 111. §. 86.* Subjuncta adnotatione graviſſima: quod ſi iſta tempore *Joſephi I.* Imperatoris Aug. oblivione obducta non fuiſſent, celebratiſſimam illam de indulto precum pontificio litem extituram non fuiſſe unquam. Ejusdem Concordati editionem (certe ex Originali quod in Archivio Imperiali Aulico adſervatur) expectabamus in Tr. de precibus primariis Imp. quem idem clariſſimus Auctor (fide amici cujusdam noſtri ante annos hos Vienna reducis) ad umbilicum jam jam perductum prelo paraverat una cum inſigni copia formularum primariarum precum Imperatoriarum, inter quas antiquiſſima forte memorabatur a *Conrado IV.* Imperatore expedita. Originem vero precum primariarum ab eodem ſtabilitam ibidem accepimus vix non Coronæ Imperiali coætaneam, easdemque Coronæ Imperialis inſeparabile adjunctum ex eo deprædicatum, quod Imperator, ſimul ac is Corona Regni inauguratus, Epiſcopis atque Eccleſiis Collegiatis Germaniæ, quæ ſucceſſive acquiſiverunt bona atque privilegia, ad inſtantiam horum confirmaverit, in vicem ac ſimilitudinem Laudemii collationem unius præbendæ in unaquaque Eccleſia ſibi reſervaverit. Deinde vero ſingularem Epocham primariarum precum ſub *Henrico V.* Imp. ſtabiliviſſe, propterea quod hoc ſub Imperatore lites de re beneficiaria ſacerdotium inter & Imperium hactenus agitatæ utcunque pro Imperatore fuerint compoſitæ. Sed certiora hac de re documenta deſideramus. Ideo, quæ fatis præpeditus præſtare prohibebatur de Rep. litteraria

ria meritiſſimus ſenex, a digniſſimo Ejusdem filio jure merito præſtolamur.

Rudolphus II. Rex Romanorum 27. Octobr. 1575. electus parenti *Maximiliano II.* ſucceſſit 1576. mortuus eſt an. 1612. vigeſima Januarii.

XL.

EXECVTORIALES PRECVM RVDOLPHI SECVNDI IMP.

Daniel Dei gratia ſanctæ ſedis Moguntinæ Archi Epiſcopus ſacri Romani Imperii per Germaniam Archi Cancellarius ac Princeps Elector sereniſſimi atque inuictiſſimi Principis & D. D. *Rudolphi* ſecundi Divina favente Clementia Romanorum Imperatoris Auguſti ac Germaniæ Hungariæ Bohemiæ &c. Regis, Archiducis Auſtriæ, Ducis Burgundiæ &c. judex, executor ac Commiſſarius a ſua Cæſarea Majeſtate una cum quibusdam aliis infra ſcriptis noſtris in hac parte Collegis cum illa clauſula: *& quemlibet in ſolidum &c.* in vim certarum litterarum Apoſtolicarum ad infra ſcripta ſpecialiter deputatus, honorabilibus devotis nobis dilectis N. Decano & Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ *S. Petri* oppidi noſtri *Fritzlarienſis* conjunctim & diviſim omnibusque aliis & ſingulis ad quem vel ad quos præſentes noſtræ litteræ pervenerint, quosque infra ſcriptum tangit negotium ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum quibuscunque nominibus cenſeantur aut quacunque præfulgeant dignitate

gnitate ſalutem in Domino & noſtris hujusmodi imo verius Apoſtolicis & Imperialibus firmiter obedire mandatis. Literas Apoſtolicas Beatiſſimi in Chriſto Patris & Dom. D. *Gregorii* Divina Providentia PP. *XIII.* ejus vera bulla plumbea in filis ſericis rubei croceique colorum ſuper impendente bullatas ſanas quidem & integras non vitiatas non cancellatas neque in aliqua ſui parte ſuſpectas ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes nobis coram Notario publico & teſtibus infraſcriptis præſentatas nos cum ea qua decuit reverentia recepiſſe noveritis tenoris ſubſequentis.

XLI.

INDVLTVM GREGORII XIII. RVDOLPHO II. IMP.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Chariſſimo in Chriſto filio *Rudolpho* Regi Romanorum illuſtri in Imperatorem electo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum poſt de perſona tua per ſacri Romani Imperii principes Electores de Conſenſu claræ memoriæ Maximiliani etiam Romanorum Regis in Imperatorem electi patris tui tunc in humanis agentis electionem factam ac per nos pro univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ ſalute confirmatam nobis ſignificaveris ſummopere deſiderare perſonas tibi gratas & acceptas gratia & munificentia aliqua beneficia eccleſiaſtica conſequi

poſſe

poſſe, Nos quemadmodum magnis merentur laudibus efferri inſignibusque præconiis commendari & ſublimium principum deſideria & vota, quæ in divini nominis & perſonarum illi clericali vinculo aſtrictarum amore feruntur & opere poſtmodum conſequente tutum deducantur in actum, ita etiam dignum vel potius debitum exiſtimamus ut quoniam in fidei ſynceritate & devotione illibatæ Eccleſiæ ſponſæ noſtræ fidelem advocatum te voviſti eamque humili profeſſione matrem & Dominam tuam recognoviſti & ad ipſius honorem & ſacri Romani Imperii decus unctionem victoriæ & diadema etiam noſtro miniſterio adveniente tempore ſuſcipere & in eis immobilis perſiſtere intendis, verum etiam tanquam ipſius eccleſiæ legitimus pugil & Athleta te adverſus ſchismaticorum & hæreticorum Turcarum tyrannum ac fidei & Chriſti nominis hoſtes, inſanias & furores ſpiritualiter & temporaliter armaris & in dies arma hujusmodi jugiter exequeris, ea tibi favorabiliter concedamus, quæ tuæ Celſitudini cedant ad honorem & per quæ eisdem bene meritis perſonis te munificum reddere poſſis ope Auctoritatis Apoſtolicæ exhibitione gratiarum, Hinc eſt quod tuæ Celſitudinis ſupplicationi inclinati dicta auctoritate præſentium ſerie eidem Celſitudini tuæ concedimus & indulgemus, quod ſi per te quibusvis collatoribus ſeu collatricibus quorumcunque beneficiorum eccleſiaſticorum ſecularium vel regularium ordinum quorumcunque per ſacrum Romanum Imperium ubilibet conſtitutorum etiamſi qui ve

ſi qua illis pontificali vel alia quavis dignitate præfulgeant ſeu collegia capitula & conventus fuerint ſuper ſingulis beneficiis eccleſiaſticis cum cura vel ſine cura ſecularibus vel ordinum hujusmodi regularibus in ſingulis Cathedralibus etiam Metropolitanis Collegiatis & aliis quibusvis eccleſiis, etiamſi beneficia hujusmodi Canonicatus & præbendæ dignitates, perſonatus adminiſtrationes vel officia in eisdem Cathedralibus etiam Metropolitanis vel Collegiatis & ipſæ præbendæ in illis ex hujusmodi eccleſiis in quibus majores & minores præbendæ eſſe noſcantur etiamſi majores fuerint & ad dignitates perſonatus adminiſtrationes vel officia hujusmodi conſueverint qui per electionem aſſumi eisque cura immineat animarum, dummodo dignitates ipſæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis poſt Pontificales majores aut collegiatis hujusmodi principales non exiſtant ad eorundem collatorum aut collatricum collationem proviſionem præſentationem electionem ſeu quamvis aliam dispoſitionem communiter vel diviſim pertinentibus ſingulis perſonis conferendis ſeu ſuper hoc quod perſonæ hujusmodi ad illa recipiantur & admittantur, preces porrigi, ſeu de perſonis eisdem ad hujusmodi beneficia nominationes fieri contigerit, primarias, iidem collatores & collatrices, ſalvo quod ſingulæ collationes & ſingulæ eccleſiæ ex hoc ultra quam in uno beneficio non graventur, ac ipſi collatores vel collatrices ſaltem quatuor beneficia conferre habeant, hujusmodi precibus & nominationibus parere & intendere, nec non perſonas

ipſas

Digitized by Google

ipſas ad hujusmodi beneficia, poſtquam ipſis de illis canonice proviſum fuerit juxta earundem precum aut nominationum tenorem recipere & admittere debeant & etiam teneantur, ita quod Celſitudo tua unam & eandem perſonam ſupradictis collatoribus & collatricibus ſimul vel ſucceſſive nominare poſſit, ita tamen quod quam primum perſona ſic nominata de aliquo beneficio proviſa fuerit, ejus nominatio quoad alios collatores & collatrices facta ipſo jure expiret & quoad easdem preces canonicatum & præbendam ac dignitatem ſeu perſonatum adminiſtrationem vel officium in una eccleſia pro unico duntaxat beneficio computari debere declaramus, quodque quicunque quibusvis in dignitatibus conſtituti ſeu eccleſiarum Cathedralium Canonici ſinguli videlicet in illis quos pro ſingulis perſonis prædictis precum & nominationum hujusmodi & ad hoc ut illæ ſortiantur effectum etiam præſentium executores deputaveris per ſe vel per alium ſeu alios beneficia prædicta cum quibusvis etiam Ordinariis collatoribus per Conſtitutiones noſtras aut literas alternativas aliaque privilegia & indulta quæcunque quomodolibet conceſſis & in poſterum concedendis aut aliis quibuscunque menſibus vacaverint & quæ perſonæ pro quibus preces & nominationes hujusmodi factæ fuerint, quatenus hujusmodi preces ſive nominationes ad illa ſe extendant infra menſem, poſtquam ipſis vacatio hujusmodi beneficiorum innotuerit, duxerit acceptanda, etiamſi ipſa beneficia diſpoſitioni Apoſto-

Digitized by Google

licæ alias quam per Conſtitutionem felicis Recordationis *Benedicti* PP. *XII.* prædeceſſoris noſtri quæ incipit: *Ad regimen*, generaliter reſervata exiſtant & ex diverſis perſonis vacaverint & perſonæ nominatæ prædictæ tempore aſſecutionis beneficii ad quod nominatæ fuerint aliud beneficium in eadem eccleſia obtineant ac ſecundum ſtatuta & conſuetudines eccleſiarum in quibus beneficia hujusmodi conſtiterint vel indulta eccleſiis conceſſa capaces videlicet in ætate legitima conſtitutæ aut de legitimo matrimonio procreatæ non ſint, dummodo quoad hujusmodi qualitates alias cum eis canonice diſpenſatum & beneficia in eadem eccleſia obtinenda talia ſint, quæ ſine diſpenſatione Apoſtolica inſimul obtineri poſſint aut conſueverint ac ipſorum vacantium beneficiorum collatio non fuerit juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad ſedem prædictam legitime devoluta neque ſuper illis inter aliquos lis pendeat indeciſa cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis perſonis ipſis etiam duo vel tria ſeu plura quarumcunque qualitatis & cujuscunque annui valoris eccleſiaſtica beneficia obtinentibus & expectantibus conferre & aſſignare, nec non omnia & ſingula quæ ad hoc ut precum ſeu nominationum & acceptationum ac collationum hujusmodi ſuccedunt effectus, oportuna fuerint facere auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam exequi poſſint & valeant, ſuper quibus ipſis plenam & liberam authoritate prædicta tenore præſentium poteſtatem concedimus ac etiam facultatem, ac perſonis prædictis pro quibus hujusmodi primari-

as

as preces porrigi ſeu nominationes fieri contigerit, quod ipſæ expectativis ac nominationibus ſeu ſpecialium reſervationum de quibusvis beneficiis pro eis factarum gratiis & mandatis de providendo ipſis de eisdem, ſi qua ipſis conceſſa fuerint, una cum gratia precum & nominationum primariarum earundem uti poſſint, nec aliqua gratiarum hujusmodi conſumpta reliquæ earundem caſſæ cenſeantur vel irritæ indulgemus, non obſtantibus noſtris de non utendo gratia expectativa ac reſervatione ſpeciali vel duabus gratiis inſimul ac de inſinuatione ac publicatione & diligentiis per acceptantes deſuper faciendis ac in favorem Ordinariorum collatorum nec non aliis eccleſiarum in quibus beneficia hujusmodi forſan fuerint, ſtatutis & conſuetudinibus illis præſertim quibus in eccleſiis in quibus majores & minores præbendæ hujusmodi fuerint caveri dicitur, quod nullus inibi majorem præbendam majore aſſequi valeat, niſi illam de minori expectativas in forma pauperum habentium ac illuſtrium & graduatorum ac ſedis prædictæ officialium ac certas inibi gratias expreſſas habentium nec non quibuscunque in Cancellaria Apoſtolica quandocunque publicatis ac publicandis ac aliis conſtitutionibus ac ordinationibus Apoſtolicis nec non aliis eccleſiarum in quibus beneficia hujusmodi forſan fuerint ſtatutis & conſuetudinibus, illis præſertim quibus in eccleſiis in quibus majores & minores præbendæ hujusmodi fuerint caveri dicitur, quod nullus inibi majorem præbendam majore aſſequi valeat niſi illam de minori

gradatim & per optionem aſcendat, juramento confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis contrariis quibuscunque aut ſi aliquibus ſuper proviſione ſibi facienda de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ſpeciales vel generales dictæ ſedis vel Legatorum ejus literæ etiam noſtro vel eas concedentium proprio motu aut cujusvis etiam quocunque reſpectu & ad cujuscunque inſtantiam ſint conceſſæ vel concedantur in poſterum, ſeu ſi ſpeciales de hujusmodi beneficiis per nos vel ſedem prædictam aut quæcunque aliæ aut quarumcunque nominandi & reſervandi facultatem quibusvis quacumque etiam eccleſiaſtica vel mundana dignitate fulgentibus per ſedem prædictam conceſſarum vel concedendarum vigore reſervationum ſive earundem facultatum obtenta ad hujusmodi beneficia quarumcunque perſonarum nominationes pro tempore factæ fuerint, quas quidem litteras etiamſi per eas ad inhibitionem reſervationem & decretum vel alias quomodolibet proceſſum fuerit, nec non reſervationes facultates & nominationes cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis, quæ præſentium effectum ſuſpendere impedire vel perimere aut alias eisdem præſentibus quomodolibet obſiſtere viderentur ſive ex certa noſtra ſcientia vel ſimili motu ſive alias ſub quibusvis forma & expreſſione verborum ac quæ fortaſſis totalis ſui tenoris inſertionem ac illorum quibus conceſſa ſunt vel fuerunt nominum & cognominum individualem expreſſionem præſentibus faciendam, ad hoc ut illis per easdem præſentes ſufficienter derogetur, exigunt

gunt vel requirunt & quos ipſis præſentibus perinde ac ſi earum tenor de verbo ad verbum inſertus foret, pro expreſſis habeantur, emanaverint ac mandata de providendo inde ſecuta cum proceſſibus per ea pro tempore habitis, niſi illi pro quibus emanaverint ut præfertur de venerabilium Fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium numero fuerint, ad beneficia quæ precum & nominationum primariarum vigore per perſonas pro quibus illæ factæ fuerint, acceptata & de quibus ei provideri contigerit, minime extendi, quin imo in illorum executione perſonas ipſas omnibus & quibuscunque earum literarum ac expectativarum & reſervationum hujusmodi vigore & cum quibusvis antelationum prærogativis etiam illis quas certis noſtris familiaribus, continuis commenſalibus in Cancellaria Apoſtolica ac aliis noſtris litteris ad effectum & aliis in aſſecutione beneficiorum conferendis nominatim deſcriptis conceſſimus & cum ſimilibus derogatoriis clauſulis quæ nulli quo minus præſentium ſuccedant effectus ſuffragari debent expectantibus, etiamſi illarum obtentum in quibusvis eccleſiis in Canonicos recepti ac de numero ipſorum familiarium continuorum Commenſalium antiquorum fuerint nec non gratias in communi forma pauperum habentibus ac officialibus & illuſtribus ac alias quascunque facultates habentibus etiam noſtris familiaribus continuis Commenſalibus antiquis & deſcriptis & inpoſterum deſcribendis dictis Cardinalibus duntaxat exceptis anteferri volumus, ſed nullum per hoc expectantibus

 ipſis

ipſis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari, ſeu ſi dictis collatoribus vel collatricibus vel quibusvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur ac ad id compelli aut quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, quodque de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ad eorum collationem proviſionem præſentationem electionem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de verbo ad verbum de indulto mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia Generali vel ſpeciali cujuscunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua cujusque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis aut ſi perſonæ prædictæ præſentes non fuerint ad præſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus eccleſiarum in quibus hujusmodi beneficia fuerint, ut præfertur, ſolita juramenta, dummodo in abſentia ſua per procuratores idoneos & cum ad eccleſias ipſas acceſſerint corporaliter illa præſtent nec non concordatis Nationis Germanicæ ac eorum concordatorum confirmatione ac prædictis & quibuscunque aliis quandocunque editis & edendis conſtitutionibus & regulis noſtris & dictæ cancellariæ, ad quarum ſolennitatem, aſtrictionem formam vel ſatisfactionem ſeu obſervantiam haben-

Digitized by Google

bentes preces ſeu nominationem hujusmodi, minime teneantur nec ipſæ preces ſub illis comprehendantur quoquomodo, nec non quibusvis privilegiis indultis & litteris Apoſtolicis & quibusvis gratiis expectativis ſpecialibus vel generalibus etiam mentalibus reſervationibus unionibus annexionibus & incorporationibus. ſuppreſſionibus & extinctionibus perpetuis & temporalibus nominationibus ac reſervandi uniendi annectendi incorporandi ac nominatis & aliis conferendi commendandi ſupprimendi & extinguendi aliisque citra acceſſus & regreſſus de conſenſu facultatibus literis mandatis & indultis quibuscunque etiam cum proviſionibus commendis & aliis diſpoſitionibus ex tunc & gratiis quibusvis perſonis cujuscunque dignitatis ſtatus gradus vel conditionis exiſtentibus & quacumque etiam Imperiali Regali Reginali Ducali Epiſcopali Archi Epiſcopali patriarchali vel majori authoritate præeminentia nobilitate & excellentia ac etiam Cardinalatus honore fulgentibus & familiaribus continuis commenſalibus noſtris etiam deſcriptis & antiquis & in eorum ac eccleſiarum etiam Cathedralium & Metropolitanarum ac patriarchalium & principalium monaſteriorum, menſarum capitulorum, dignitatum & aliorum beneficiorum quorumcunque cum cura & ſine cura ſecularium & quorumvis ordinum regularium locorum piorum univerſitatum ſtudiorum & aliorum quorumcunque aut in nullius favorem aut eorum nec non jurium ceſſorum vel ablatorum aut ſpoliorum damnorum etiam per infideles illato-

Digitized by Google

rum & obſequiorum nobis Romanæque eccleſiæ vel dictæ ſedi aut pro fide Catholica impenſorum ſeu quibusvis aliis excogitabilibus & urgentiſſimis ac inſolitis nec non exprimendis cauſis conſideratione contemplatione inſtantia intuitu ratione vel reſpectu ac motu proprio ac ex certa ſcientia ac de Apoſtolicæ ſedis poteſtatis plenitudine & cum quibusvis antelationum prærogativis declarationibus conceſſionibus favoribus ſuſpenſionibus ac gratiis & reſtitutionibus modificationibus exceptionibus & annullativis irritativis ac derogatoriarum derogatoriis nec non prædictam & alias quascunque conceſſas & concedendas gratias ſuſpendentibus ac illis derogantibus nec non mentis & intentionis ac perpetuæ & incommutabilis noſtræ voluntatis fuiſſe & eſſe de non revocando & ſuſpendendo gratias easdem & iis non derogantibus quomodolibet atteſtantibus & in priſtinum & validiſſimum ſtatum reponentibus reſtituentibus ac plenarie reintegrantibus ac per modum pacti & initi contractus ac perpetui ſtatuti, nec non gratias ipſas ut de actu vacantibus expectare & ex tunc vere & non ficte etiam quod ad poſſeſſionem dictorum beneficiorum ac omnes juris & facti defectus plenum eſſe ſortitas effectum decernentibus & declarantibus aliisque efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis per Nos & per ſedem prædictam aut ejus legatos in genere vel in ſpecie etiam nominatim de dictis beneficiis & aliis quomodolibet emanatis, quibus etiamſi in illis quod illæ non niſi certis modis & formis inibi expreſſis & nominatis verbisque & ſignis in-

ibi

ibi appoſitis & cum diverſarum literarum Apoſtolicarum expeditione & intimatione etiam diverſis temporibus facienda ac de conſenſu eorum quorum intereſſe concernebatur aut etiam nullatenus ſuſpendi moderari aut eis in aliquo derogari poſſet, & quatenus ſuſpenderentur aut illis derogaretur toties de novo & ſub quacunque Dat. per illos quorum intereſſe concernebatur eligenda conceſſa & facta ſint & eſſe cenſeantur ac expediri poſſint ac ſi non aliter per quoscunque judices & perſonas judicari debeat caveatur expreſſe illorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis ac de verbo ad verbum inſertis ac modos & formas hujusmodi pro individuo ſervatis habentes ad effectum præſentium omnino derogamus & in dictis beneficiis cum ut præfertur vacaverint effectum ſortiri aut locum ſibi vendicare, nec non decernentes præſentes litteras nullatenus de ſurreptionis & obreptionis vitio aut intentionis defectu notari aut impugnari poſſe nec debere, & ſic per quoscunque tam ordinaria quam delegata & mixta auctoritatibus fungentes judices & perſonas ubique indicari cognoſci atque decidi debere, ſublata eis & eorum cuilibet aliter indicandi cognoſcendi & decidendi facultate nec non irritum & inane quicquid ſecus ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis vel eorum aliquo quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, cæterisque contrariis quibuscunque. Præterea quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula loca deferri volumus ac dicta authoritate decernimus quod illarum tranſumptis manu

ali-

alicujus Notarii publici ſubſcriptis & ſigillo alicujus perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur ubique quæ adhiberetur eisdem præſentibus ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, conceſſionis, indulti derogationis decreti & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo XIII. Kalend. Auguſti Pontificatus noſtri anno ſexto. ſic ſubſcriptum: *Cæſ. Glorierius. A. de Alexiis* atque etiam tempore & loco inferius annotatis quasdam præterea precum primariarum ſive nominationum Regalium præfati ſacratiſſimi Principis *D. Rudolphi* Imperatoris Auguſti literas ejus vero ſigillo in cera rubea glauca circumdata & preſſula pergameni ſub impendenti ſigillatas etiam ſanas & integras nec in aliqua ſui parte ſuſpectas pro parte honorabilis nobis dilecti Danielis de Reuſpe principalis in iisdem literis imperialibus principaliter nominati coram Notario & teſtibus infraſcriptis nobis præſentatas nos pari cum reverentia accepiſſe hujusmodi ſub tenore noveritis.

XLII.

Digitized by Google

XLII.

PRECES RVDOLPHI II. IMP.

R*udolphus* II. Divina favente clementia Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ac Germaniæ Hungariæ Bohemiæ Dalmatiæ & Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ Dux Burgundiæ Brabantiæ Stiriæ Carinthiæ Carniolæ Lucemburgiæ Wirtembergæ Superioris & inferioris Sileſiæ & Princeps Sueviæ, Marchio Romani Imperii Burgoviæ Moraviæ ſuperioris & inferioris Luſatiæ, Comes Habſpurgi Tirolis Ferreti Kyburgi & Croatiæ &c. Landgravius Alſatiæ Dominus Marchiæ Slavonicæ portus Naonis & ſalinarum honorabilibus devotis nobis dilectis N. Decano & Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ ſancti *Petri Fritzlarienſis* conjunctim vel diviſim gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum. Etſi nos ad Romani Imperii faſtigium evectos titulisque Auguſti & Regio diademate decoratos ſumma ſemper ope niti decet, omnia ſacri Romani Imperii intemerata jura & conſuetudines laudabiles conſervare, par eſt tamen, ut hoc diligentiori ſtudio præſtemus, ſi quando integritate vitæ & morum probitate aliisque virtutibus inſignitos meritis beneficiis & dignis honoribus afficiendos arbitramur. Siquidem Imperatorum Regumque ſublimitas & magnitudo nullo expreſſius Officio Dei Optimi Maximi ſimilitudinem referre poteſt, quam ſi pluribus benefecerit. Quare cum nobis ad prædeceſſorum imitatio-

tationem ex inveterata conſuetudine etiam Apoſtolica auctoritate per ſanctiſſimum in Chriſto Patrem Dominum *Gregorium XIII.* ſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ Pontificem Maximum roborata jus competat preces primarias ad omnes & ſingulos beneficiorum eccleſiaſticorum collatores & collatrices capitula Conventus & Collegia ac perſonas alias de illis quocunque modo diſponendi jus habentes per univerſum Romanum Imperium conſtitutas porrigendi dandi concedendi & decernendi pro perſonis idoneis & nobis gratis ad conſequendum beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura tam ſecularia quam regularia etiamſi canonicatus & præbendæ dignitates perſonatus adminiſtrationes vel officia fuerint in Collegiata Cathedrali vel Metropolitana eccleſia etiamſi ad ea conſueverint qui per electionem aſſumi ad collatorum collatricum Capitulorum Collegiorum ſive Conventuum ac perſonarum prædictarum Collationem proviſionem electionem nominationem præſentationem ſeu quamlibet aliam ordinationem conjunctim vel diviſim ſpectantia, Canonicatu nihilominus & præbendæ cum dignitate perſonatu adminiſtratione vel officio etiam ex perſona plurium ſucceſſive vacantibus pro uno computatis beneficio, & hujusmodi etiam prædeceſſorum noſtrorum primariis precibus reverenter hactenus paritum fuerit, idcirco Romani Imperii jura & conſuetudines, ut tenemur, proſequi & prædeceſſorum veſtigiis inhærere volentes primarias preces noſtras pro devoto nobis dilecto *Daniele de Reuſpe* Colonienſis Diœceſis ad

vos

vos porreximus dedimus conceſſimus & decrevimus ac per præſentes porrigimus damus concedimus & decernimus , ita tamen quod nobis & hæredibus ac ſucceſſoribus noſtris Archiducibus Auſtriæ nullum unquam per hoc in juribus privilegiis exemptionibus & collationibus noſtris generetur præjudicium vos adhortantes & pro conſervatione jurium & conſuetudinum Romani Imperii expreſſe requirentes ut beneficium eccleſiaſticum tam regulare quam ſeculare cum cura vel ſine cura etiamſi Canonicatus & præbenda dignitas perſonatus adminiſtratio vel officium fuerit etiamſi ad illud conſueverint qui per electionem aſſumi in Metropolitana Cathedrali vel Collegiata eccleſia quod ad præſens ſive proxime quomodolibet ſimul vel ſucceſſive in quocunque menſe vacare contigerit ad collationem proviſionem electionem nominationem præſentationem ordinationem ſive quamlibet aliam diſpoſitionem veſtram pertinens canonicatu ut præfertur & præbenda cum dignitate perſonatu adminiſtratione vel officio etiam ſi ex perſona plurium ſucceſſive vacaverint pro uno computatis beneficio quod præfatus *Daniel de Reuſpe* per ſe vel procuratorem ſuum infra menſem a die notæ ſibi vacationis duxerit acceptandum eundem *Danielem de Reuſpe* prout ad vos ſpectat ad illud eligatis nominetis præſentetis ac ei illud conferatis & aſſignetis atque etiam de eo provideatis ponendo eum in pacifica & quieta poſſeſſione ſtallum in choro & locum in Capitulo ei aſſignando cum plenitudine juris Canonici & fructuum perceptione

qua-

qualibet contradictione ceſſante ; quo vero hæ preces noſtræ primariæ certiorem conſequantur effectum nominamus & deputamus auctoritate Apoſtolica nobis in hac parte conceſſa tenore præſentium Venerabiles N. Archi Epiſcopum Moguntinum ſacri Romani Imperii per Germaniam Archi Cancellarium Principem Electorem & Nepotem noſtrum Chariſſimum, N. Epiſcopum Spirenſem ac Præpoſitum in *Weiſſenburg* Principem devotum nobis dilectum & quemlibet eorum inſolidum qui præſentibus noſtris litteris requiſitus fuerit harum primarium precum noſtrarum executores eisdem per præſentes expreſſe committentes & mandantes ut ſi forte in contemptum & præjudicium jurium & conſuetudinum Romani Imperii ad parendum hujusmodi primariis precibus noſtris contumaces & rebelles fueritis tanquam executores a nobis deputati ſub pœna gravis indignationis noſtræ quilibet eorum vos realiter & cum effectu ad parendum per cenſuras eccleſiaſticas compellat aliaque faciat & exequatur juxta traditam ſibi in literis Apoſtolicis poteſtatem : Contumacia vero veſtra aut contemptu , quod abſit, per menſem continuum a die requiſitionis numerandum durante vos omnibus & ſingulis privilegiis gratiis libertatibus & donationibus a Romanorum Imperatoribus & Regibus ac a nobis & aliis prædeceſſoribus noſtris vobis conceſſis noveritis eo ipſo privatos & noſtra tuitione exutos quæ & quas ex nunc prout a die contumaciæ veſtræ tenore præſentium revocamus, caſſamus & irrita eſſe volumus & vos taliter

liter contumaces & rebelles a beneficiis Majeſtatis noſtræ reddimus alienos prout etiam ex nunc prout ex tunc privamus & a protectione noſtra excludimus. Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum & ſigilli noſtri appenſione munitarum. Datæ in Arce noſtra Regia *Pragæ* decima ſexta Auguſti Annò Domini Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, regnorum noſtrorum Romani quarto, Hungarici ſeptimo Bohemici vero quarto.

RUDOLPHUS.

Ad mandatum ſacræ Cæſareæ
Majeſtatis proprium.
P. Obernburger.

Poſt quarum quidem literarum tam Apoſtolicarum quam Imperialium præſentationem & receptionem nobis & per nos ut præmittitur factas fuimus pro parte dicti *Danielis* principalis in præinſertis literis imperialibus principaliter nominati debita cum inſtantia requiſiti, quatenus ad executionem earundem literarum imperialium juxta præinſertarum literarum Apoſtolicarum vim, formam & tenorem procedere dignaremur, Nos igitur *Daniel* Archi Epiſcopus Moguntinus executor ac Commiſſarius antedictus attendens requiſitionem hujusmodi fore juſtam & rationi conſonam volentesque mandata Apoſtolicum & Imperiale nobis in hac parte directa reverenter exequi ut tenemur, Idcirco authoritate Apoſtolica

nobis commiſſa & qua fungimur in hac parte præfatas litteras tam Apoſtolicas quam Imperiales atque hunc noſtrum proceſſum & in eis contenta vobis omnibus & ſingulis ſupradictis quibus præſens noſter proceſſus dirigitur & cuilibet veſtrum in ſolidum inſinuamus notificamus & ad veſtrum & cuilibet veſtrum notitiam deducimus & deduci volumus per præſentes & nihilominus vobis & veſtrum cuilibet in ſolidum dicta authoritate Apoſtolica nobis commiſſa in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub infra ſcriptis ſententiarum pœnis diſtricte præcipiendo mandamus quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt præſentationem ſeu notificationem præſentium vobis factam & poſtquam pro parte dicti *Danielis* principalis vel procuratoris ſui ejus nomine deſuper vigore præſentium fueritis requiſiti ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus immediate ſequentium quorum ſex dierum duos pro primo duos pro ſecundo ac reliquos duos pro tertio & peremptorio termino & canonica monitione aſſignamus eidem *Danieli de Reuſpe* vel ejus legitimo procuratori ejus nomine beneficium eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura quod ad præſens ſive proxime quomodocunque vacaverit in præinſertis litteris Imperialibus latius expreſſum & ſi Canonicatus & præbenda fuerit una cum dignitate officio ſeu adminiſtratione etiam ſi ex perſona plurium ſucceſſive vacaverint quod & quæ dictus *Daniel de Reuſpe* per ſe vel ejus procuratorem acceptandum duxerit cum omnibus & ſingulis ſuis juribus & pertinentiis conferatis aſſignetis ac ipſum ſeu dictum

pro-

Digitized by Google

procuratorem ſuum ad illius veram realem & corporalem poſſeſſionem juriumque & pertinentiarum omnium ejusdem inducatis & admittatis & quantum in vobis fuerit judicii induci & admitti faciatis, & ſi canonicatus & præbenda fuerit aſſignando ſibi ſtallum in choro & locum in Capitulo, non obſtantibus illis omnibus, quæ in dictis litteris Apoſtolicis præfatus Dominus Papa voluit non obſtare. Quod ſi forte præmiſſa omnia & ſingula non impleveritis ac mandatis & monitionibus noſtris imo verius Apoſtolicis non parueritis in effectu, nos in vos omnes & ſingulos ſupradictos & eorum quemlibet qui in præmiſſis culpabiles fueritis aut quo minus præmiſſa omnia & ſingula ſuum debitum ſortiantur effectum impedimentum aliquod per vos vel ſubmiſſas perſonas directe vel indirecte quovis quæſito colore præſtiteritis aut impedientes dictum *Danielem* vel ejus legitimum procuratorem ſuum ſuper præmiſſis auxilium conſilium vel favorem per vos vel alium ſeu alios ut præfertur, dederitis ac in contradictores & rebelles impedientesque prædictos ex nunc prout ex tunc & e converſo ſingulariter in ſingulos prædicta ſex dierum canonica monitione præmiſſa excommunicationis, in Capitula vero conventus & Collegia etiam in his forſan delinquentes ſuſpenſionis a divinis & in ipſorum ac quorumcunque delinquentium & rebellium hujusmodi eccleſias ac in quibus beneficium hujusmodi forſan fuerit ac monaſteria & capellas interdicti eccleſiaſtici ſententias ferimus in his ſcriptis & etiam promulgamus, cæterum cum ad exe-

Digitized by Google

cutionem præmiſſorum faciendam ulterius nequeamus quoad præſens aliis arduis præpediti negotiis perſonaliter intereſſe, univerſis & ſingulis Abbatibus Prioribus Præpoſitis Decanis Archidiaconis Scholaſticis Cantoribus Cuſtodibus Theſaurariis ſuccentoribus ſacriſtis tam Cathedralium quam metropolitanarum & Collegiatarum eccleſiarum Canonicis parochialiumque eccleſiarum rectoribus ſeu locum tenentibus eorundem plebanis vice plebanis capellanis curatis & non curatis vicariis perpetuis altariſtis cœterisque presbiteris clericis notariis publicis quibuscunque ubilibet conſtitutis & eorum cuilibet in ſolidum ſuper ulteriori executione præmiſſorum facienda authoritate Apoſtôlica prædicta tenore præſentium plenarie committimus vices noſtras, donec eas ad nos duxerimus revocandas, quos nos etiam & eorum quemlibet in ſolidum authoritate & tenore prædictis requirimus & monemus primo ſecundo tertio & peremptorie communiter vel diviſim eisque nihilominus & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis pœna præcipimus & mandamus, quatenus infra tres dies poſt præſentationem ſeu notificationem præſentium ac requiſitionem ipſis deſuper pro parte dicti *Danielis* Principalis factam immediate ſequentes quos dies tres ipſis & eorum cuilibet ſuper hoc omni dilatione terminoque peremptorio ac monitione canonica aſſignamus, ita tamen quod in his exequendis unus eorum alterum non expectet nec alter pro alio ſe excuſet, ad vos omnesque & ſingulos ſupradictos

per-

Digitized by Google

perſonaliter accedant dictasque litteras imperiales & hunc noſtrum proceſſum ac in eis contenta vobis omnibus & ſingulis ſupradictis legant intiment inſinuent atque fideliter publicari procurent & nihilominus eidem Danieli aut ejus procuratori legitimo pro eo de beneficio hujusmodi ſi vacat ad præſens ſive cum vacaverit ut præfertur & ſi Canonicatus & præbenda fuerit una cum dignitate officio ſeu adminiſtratione poſt acceptionem prædictam cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis authoritate prædicta conferant & aſſignent ac ſibi de illo provideant ipſumque vel procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem realem & actualem poſſeſſionem dicti beneficii juriumque & pertinentiarum prædictorum ponant & inducant ſeu poni & induci faciant inductumque defendant ſibique de illius fructibus reditibus proventibus juribus & obventionibus univerſis prout ad eos communiter vel diviſim pertinent plenarie & integre reſponderi faciant & procurent realiter cum effectu & generaliter omnia alia & ſingula nobis in hac parte commiſſa plenarie exequantur juxta traditam ſeu directam nobis per præfatas litteras tam Apoſtolicas quam Imperiales ac præſentis noſtri proceſſus vim formam & tenorem ita tamen quod dicti noſtri ſubdelegati & quicunque alii in præjudicium dicti *Danielis de Reuſpe* principalis vel procuratoris nihil valeant attentare in præmiſſis nec circa proceſſus per nos habitos neque dictas ſententias per nos latas abſolvendo vel ſuſpendendo aliquid immutare, in cœteris autem quæ dicto

Digitized by Google

Danieli de Reuſpe principali vel ejus procuratori nocere vel obeſſe poſſent, præfatis noſtris ſubdelegatis & eorum cuilibet poteſtatem omnimodam deneganus, ſi tamen contingat nos ſuper præmiſſis in aliquo procedere de quo nobis poteſtatem plenariam reſervamus non intendimus propterea commiſſionem noſtram hujusmodi in aliquo revocare niſi de revocatione ipſa in noſtris litteris ſpecialem & expreſſam fecerimus mentionem, per proceſſum autem hujusmodi nolumus neque intendimus noſtris in aliquo præjudicare collegis quo minus ipſi vel eorum alter poſſit ſervato tamen hoc noſtro proceſſu in hujusmodi executionis negotio procedere prout ſibi videbitur expedire, præfatas quoque litteras ad hunc noſtrum proceſſum volumus penes dictum Danielem principalem vel ejus procuratorem remanere & non per vos aut aliquem veſtrum ſeu quemcunque alium ipſis invitis detineri, Contrarium vero facientes præfatis noſtris ſententiis dicta canonica monitione præmiſſa ipſo facto volumus ſubjacere, mandamus tamen copiam fieri eam petentibus & habere debentibus petentium quidem ſumptibus & expenſis, abſolutionem vero omnium & ſingulorum qui præfatas noſtras ſententias aut earum aliquam incurrerit ſive incurrerint quoquo modo nobis vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentes litteras ſive præſens publicum inſtrumentum hujusmodi noſtrum proceſſum in ſe continentes ſive continens exinde fieri & per notarium publicum infra ſcriptum ſubſcribi

bi noſtrique ſigni fecimus appenſione communiri. Datum & Actum apud Arcem *Sancti Martini* in civitate noſtra Moguntina ſub Anno a Nativitate Domini Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono Indictione ſeptima die vero ſeptima menſis Septembris Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Dñi *Gregorii* ejus nominis *decimi tertii* Papæ, Anno octavo, præſentibus ibidem nobili & diſcreto viris *Frederico Hundt a Saulheim* & *Melchiore Sultzbachern* Camerariis & Cubiculariis noſtris teſtibus ad præmiſſa rogatis & ſpecialiter vocatis.

Et Ego *Wendelinus Dictes* ſacra authoritate Apoſtolica publicus notarius nec non prædicti Rñi Archipræſulis Moguntini ſecretarius quia præinſertarum litterarum Apoſtolicarum vigore requiſitioni nec non precum ſive nominationum Imperialium præſentationi & receptioni proceſſus quoque deſuper fulminationi ac cenſurarum promulgationi & decreto ſubdelegationi monitioni omnibusque aliis & ſingulis præmiſſis dum ſic ut præmittitur fierent & agerentur una cum prænominatis teſtibus præſens interfui eaque ſic fieri vidi & audivi, ideoque præſentes litteras ſive præſens publicum inſtrumentum proceſſum hujusmodi in ſe continens prout in typis excuſum exinde confeci complevi ſubſcripſi & in hanc publicam formam redegi ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum prælibati Rñi Domini & executoris ſigilli appenſione ſignavi, in fidem & teſtimonium præmiſſorum rogatus & requiſitus.

Rudolpho ſucceſſit *Mathias* electus Imperator 13. Junii 1612. mortuus vigeſima Martii 1619.

XLIII.

INDVLTVM PAVLI V. PP. MATHIÆ IMP.

Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Chariſſimo in Chriſto filio *Matthiæ* Romanorum Regi illuſtri in Imperatorem electo ſalutem. Cum poſt factam de perſona tua per Sacri Romani Imperii Principes electores in Regem Romanorum electionem, ac per nos pro univerſæ Chriſtianæ reipublicæ ſalute confirmatam, nuper nobis ſignificaveris te ſummopere deſiderare perſonas tibi gratas, & acceptas gratia, & munificentia, aliqua beneficia ecclefiaſtica conſequi poſſe; Nos quemadmodum magnis merentur efferri laudibus, inſignibusque præconiis commendari, ſublimium Principum deſideria, & vota, quæ in divini nominis, & perſonarum illi Clericali vinculo adſtrictarum amore feruntur, & opere poſtmodum conſequente tutum deducantur in actum; ita etiam dignum, vel potius debitum exiſtimamus, ut quoniam in fidei ſinceritate, & devotione illibatæ eccleſiæ ſponſæ noſtræ te fidelem advocatum devoviſti, eamque humili profeſſione Matrem, & Dominam tuam recognoviſti, & ad ipſius honorem, & ſacri Romani Imperii decus unctionem Victoriæ, & diadema etiam noſtro miniſterio adveniente tempore ſuſcipere & in eis immobilis perſiſtere intendis; verum etiam tanquam ipſius Eccleſiæ legitimus pugil & athleta Te adverſus Schismaticorum, & Hæretico-

ticorum, Turcarum Tyranni, ac fidei, & Chriſti nominis hoſtium inſanias, & furores ſpiritualiter, & temporaliter armaris, & indies arma hujusmodi jugiter exequeris, ea tibi favorabiliter concedamus, quæ Tuæ celſitudini cedant ad honorem, & per quæ eisdem bene meritis perſonis te munificum reddere poſſis, ope auctoritatis Apoſtolicæ exhibitione gratiarum. Hinc eſt, quod Tuæ celſitudinis ſupplicationi inclinati, dicta autoritate, præſentium ſerie eidem celſitudini Tuæ concedimus; & indulgemus, quod ſi per te quibusvis collatoribus, ſeu collatricibus quorumcunque beneficiorum eccleſiaſticorum ſæcularium, vel regularium ordinum quorumcumque per ſacrum Romanum Imperium ubilibet conſtitutorum, etiam ſi qui, vel ſi quæ Pontificali, vel alia quavis dignitate præfulgeant, ſeu collegia, Capitula, & conventus fuerint ſuper ſingulis beneficiis eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſæcularibus, vel ordinum hujusmodi regularibus in ſingulis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, collegiatis, & aliis quibusvis eccleſiis, etiamſi beneficia hujusmodi, canonicatus, & præbendæ, dignitates perſonatus, adminiſtrationes, vel officia hujusmodi conſueverint qui per electionem aſſumi, eisque cura immineat animarum dummodo dignitates ipſæ in Cathedralibus, etiam Metropolitanis poſt Pontificales majores, aut collegiatis hujusmodi principales non exiſtant, ad eorundem collatorum & collatricum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem communiter vel diviſim

pertinentibus ſingulis perſonis conferendis, ſeu ſuper hoc, quod perſonæ hujusmodi ad illa recipiantur, & admittantur Preces porrigi, ſeu de perſonis eisdem ad hujusmodi beneficia nominationes fieri contigerit, primarias iidem collatores & collatrices, ſalvo, quod ſingulæ collationes, & ſingulæ eccleſiæ ex hoc ultra quam in uno beneficio non graventur, ac ipſi collatores & collatrices, ſaltem quatuor beneficia eccleſiaſtica conferre habeant, hujusmodi Precibus, & nominationibus par ere, & intenderé, nec non perſonas ipſas ad hujusmodi beneficia, poſtquam ipſis de illis canoni ce proviſum fuerit, juxta earundem Precum, aut nominationum tenorem recipere, & admittere debeant, & etiam teneantur &c. quodque quicumque quibusvis in dignitatibus conſtituti, ſinguli videlicet in illis, quos pro ſingulis perſonis prædictis Precum & nominationum hujusmodi, & ad hoc, ut illæ ſortiantur effectum, etiam præſentium executores deputaveris per ſe, vel alium, ſeu alios beneficia prædicta, cum in quibusvis etiam ordinariis Collatoribus per conſtitutiones noſtras, aut literas alternativas, aliaque privilegia & indulta quæcumque quomodolibet conceſſis, & in poſterum concedendis, aut aliis quibuscumque menſibus vacaverint, & quæ perſonæ, pro quibus Preces, & nominationes hujusmodi factæ fuerint, quatenus hujusmodi Preces, ſive nominationes ad illas ſe extendant, infra menſem, poſtquam ipſis vacatio hujusmodi beneficiorum innotuerit, duxerint acceptanda; etiamſi ipſa beneficia diſpoſitioni apoſtolicæ, alias quam per conſtitutionem

ſel.

Digitized by Google

fel. recordat. *Benedicti* Papæ *XII.* prædeceſſoris noſtri quæ incipit. *Ad regimen*, generaliter reſervata exiſtant, & ex diverſis perſonis vacaverint &c. dummodo quoad hujusmodi qualitates alias cum eis canonice diſpenſatum, & beneficia in eadem eccleſia obtinenda talia ſint, quæ ſine diſpenſatione apoſtolica inſimul obtineri poſſint aut conſueverint, ac ipſorum vacantium beneficiorum collatio non fuerit juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii, ad ſedem prædictam legitime devoluta, neque ſuper illis inter aliquos lis pendeat indeciſa, conferre, & aſſignare &c. ac perſonis prædictis, pro quibus hujusmodi primarias Preces porrigi, ſeu nominationes fieri contigerit, quod ipſæ expectativis, ac nominationibus, ſeu ſpecialium reſervationum de quibusvis beneficiis pro eis factarum gratiis, & mandatis de providendo ipſis de eisdem, ſi quæ ipſis conceſſa fuerint una cum gratia Precum, & nominationum primariarum earundem uti poſſint, nec aliqua gratiarum hujusmodi conſumpta, reliquæ earundem caſſæ cenſeantur, vel irritæ, indulgemus. Non obſtantibus noſtris de non utendo gratia expectativa, ac reſervatione ſpeciali, vel duabus gratiis inſimul, ac de inſinuatione, ac publicatione, & diligentiis per acceptantes deſuper faciendis, ac in favorem ordinariorum collatorum, nec non expectativas in forma pauperum habentium, ac illuſtrium, & graduatorum, ac ſedis præfatæ officialium, ac certas inibi expreſſas gratias habentium, nec non quibuscumque in cancellaria apoſtolica quandocumque publicatis, & publican-

dis

dis ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, nec non eccleſiarum, in quibus beneficia hujusmodi forſan fuerint, ſtatutis, & conſuetudinibus: illis præſertim quibus in eccleſiis, in quibus majores, & minores Præbendæ hujusmodi fuerint, caveri dicitur, quod nullus inibi majorem præbendam majore aſſequi valeat, niſi illam de minori gradatim, & per opinionem aſcendat juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alias roboratis contrariis quibuscumque &c. nec non concordatis nationis Germanicæ, ac eorundem concordatorum confirmatione, ac prædictis & quibuscumque aliis quandocumque editis, & edendis conſtitutionibus, & regulis noſtris, & dictæ Cancellariæ, ad quarum ſolemnitatem, adſtrictionem, formam, vel ſatisfactionem, ſeu obſervantiam, habentes Preces, ſeu nominationes hujusmodi minime teneantur, nec ipſæ preces ſub illis comprehendantur quoquomodo, nec non quibusvis privilegiis, indultis, & literis apoſtolicis, & quibusvis gratiis expectativis ſpecialibus, vel generalibus, etiam mentalibus reſervationibus, unionibus, annexionibus, & incorporationibus, ſuppreſſionibus, & extinctionibus perpetuis, & temporalibus nominationibus &c. Datum *Romæ* apud Sanctum *Petrum* anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo duodecimo Kalend. Martii, Pontificatus noſtri anno octavo.

XLIV.

Digitized by Google

XLIV.

PRECES MATHIÆ IMP.

M*atthias* Divina favente clementia Electus Romanorum Imperator, Semper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ &c. Rex: Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lucemburgiæ, Wirtembergæ, Superioris & inferioris Sileſiæ &c. Princeps Sueviæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, Moraviæ, Superioris & inferioris Luſatiæ: Comes Habſpurgi, Tirolis, Ferretis, Kyburgi & Goriciæ &c. Landtgravius Alſatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. devotis nobis dilectis Decano & capitulo collegiatæ Eccleſiæ *Sancti Stephani Moguntiæ* gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum. Etſi nos ad Romani Imperii faſtigium evectos, titulisque Auguſtis & Regio diademate decoratos, ſumma ſemper ope niti decet, omnia ſacri Romani Imperii intemerata jura & conſuetudines Laudabiles conſervare: par eſt tamen, ut hoc diligentiori ſtudio præſtemus, ſi quando integritate vitæ & morum probitate, aliisque virtutibus inſignitos meritis beneficiis, & dignis honoribus afficiendos arbitramur. Siquidem Imperatorum Regumque ſublimitas & magnitudo, nullo expreſſius officio Dei Optimi Maximi ſimilitudinem referre poteſt, quam ſi pluribus benefecerit. Quare cum nobis ad prædeceſſorum imita-

ta-

tationem, ex inveterata conſuetudine, etiam apoſtolica auctoritate per ſanctiſſimum in Chriſto Patrem, Dominum *Paulum V.* ſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ Pontificem Maximum roborata jus competat, Preces Primarias ad omnes & ſingulos beneficiorum Eccleſiaſticorum collatores & collatrices, capitula, conventus & collegia, ac perſonas alias de illis quocumque modo diſponendi jus habentes, per univerſum Romanum Imperium conſtitutas, porrigendi, dandi, concedendi & decernendi, pro perſonis idoneis & Nobis gratis ad conſequendum beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura, tam Secularia quam Regularia, etiamſi canonicatus & præbendæ, dignitates, Perſonatus, adminiſtrationes, vel officia fuerint in Collegiata, Cathedrali, vel Metropolitana eccleſia, etiamſi ad ea conſueverint qui per electionem aſſumi, ad collatorum collatricum, Capitulorum, Collegiorum ſive conventuum, ac perſonarum prædictarum collationem, proviſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ſeu quamlibet aliam ordinationem coniunctim vel diviſim ſpectantia (canonicatu nihilominus & Præbenda cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione vel officio etiam ex perſona plurium ſucceſſive vacantibus, pro uno computatis beneficio) & hujusmodi etiam prædeceſſorum noſtrorum primariis precibus reverenter hactenus paritum fuerit. Idcirco Romani Imperii jura & conſuetudines (ut tenemur) proſequi, & prædeceſſorum veſtigiis inhærere volentes, Primarias preces noſtras pro Devoto nobis dilecto *Joanne Hen-*

Henrico Züren Herbipolenſis Diœceſis Clerico ad vos porreximus, dedimus, conceſſimus, & decrevimus, ac per præſentes porrigimus damus, concedimus, & decernimus. Ita tamen, quod nobis & hæredibus ac ſucceſſoribus noſtris Archiducibus Auſtriæ, nullum unquam per hoc in juribus, Privilegiis exemptionibus & collationibus noſtris generetur præjudicium Vos adhortantes, & pro conſervatione Jurium & conſuetudinum Romani Imperii expreſſe requirentes, ut beneficium eccleſiaſticum, tam regulare quam ſeculare, cum cura vel ſine cura, etiam ſi Canonicatus & præbenda dignitas, perſonatus, adminiſtratio, vel officium fuerit, etiamſi ad illud conſueverint, qui per electionem aſſumi in Metropolitana, Cathedrali, vel collegiata eccleſia, quod ad præſens ſive proxime quomodolibet, ſimul vel ſucceſſive, in quocunque menſe vacare contigerit, ad collationem, proviſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ordinationem, ſive quamlibet aliam diſpoſitionem ad vos pertinens, canonicatu ut prefertur & præbenda cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione, vel officio etiamſi ex perſona plurium ſucceſſive vacaverint, pro uno computatis beneficio, quod præfatus *Joannes Henricus Züren* per ſe vel procuratorem ſuum, infra menſem a die notæ ſibi vacationis duxerit acceptandum, eundem *Joannem Henricum Züren* prout ad vos ſpectat ad illud eligatis, nominetis, præſentetis, ac ei illud conferatis, & aſſignetis, atque etiam de eo provideatis, ponendo eum in pacifica

&

& quieta poſſeſſione, ſtallum in choro & locum in capitulo ei aſſignando, cum plenitudine juris canonici & fructuum perceptione, qualibet contradictione ceſſante. Quo vero hæ preces noſtræ primariæ certiorem conſequantur effectum, nominamus & deputamus auctoritate apoſtolica nobis in hac parte conceſſa, tenore præſentium Venerabiles *Joannem Suicardum* Archiepiſcopum Moguntinum Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarium Principem Electorem & nepotem noſtrum chariſſimum nec non *Philippum Chriſtophorum* Epiſcopum Spirenſem & Præpoſit. Weiſſenb. Principem devotum nobis dilectum, & quemlibet eorum inſolidum, qui præſentibus noſtris literis requiſitus fuerit harum primariarum precum noſtrarum executores, eisdem per præſentes expreſſe committentes & mandantes, ut ſi forte in contemptum & præjudicium jurium & conſuetudinum Romani Imperii ad parendum hujusmodi primariis precibus noſtris contumaces & rebelles fueritis, tanquam executores a nobis deputati, ſub pœna gravis indignationis noſtræ, quilibet eorum vos realiter & cum effectu ad parendum per cenſuras eccleſiaſticas compellat, aliaque faciat & exequatur, juxta traditam ſibi in literis apoſtolicis poteſtatem, contumacia vero veſtra aut contemptu (quod abſit) per menſem continuum a die requiſitionis numerandum durante, Vos omnibus & ſingulis privilegiis, gratiis, libertatibus, & donationibus a Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac a nobis & aliis prædeceſſoribus noſtris, vobis conceſſis, noveritis

eo

eo ipſo privatos & noſtra tuitione exutos quæ & quas ex nunc, pro ut a die contumaciæ veſtræ tenore præſentium revocamus, caſſamus, & irrita eſſe volumus, & vos taliter contumaces & rebelles a beneficiis Majeſtatis noſtræ reddimus alienos, prout etiam ex nunc, prout ex tunc privamus, & a protectione noſtra excludimus. Harum teſtimonio Litterarum ſigilli noſtri appenſione munitarum. Datæ Decimo Septimo Maii ſtylo Gregoriano. Anno Domini Milleſimo ſexingenteſimo decimo quarto, Regnorum noſtrorum Romani ſecundo, Hungarici Sexto, Bohemici vero tertio.

MATHIAS.

Mathiæ ſucceſſit *Ferdinandus II.* vigeſima octava Auguſti an. 1619. Imperator electus, qui e vivis exceſſit 13. Febr. 1637.

XLV.

INDVLTVM PAVLI V. PP. FERDINANDO II.

Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Chariſſimo filio *Ferdinando* Romanorum Regi illuſtri in Imperatorem electo ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Cum poſt factam de perſona tua per S. R. Imperii Principes electores in Regem Romanorum electionem, ac per nos pro univerſæ Reipub. ſalu-

te confirmatam, nuper nobis ſignificaveris, te ſummopere deſiderare perſonas tibi gratas, & acceptas gratia ut munificentia aliqua beneficia eccleſiaſtica conſequi poſſe: Nos quemadmodum magnis merentur efferri laudibus, inſignibusque præconiis commendari & ſublimium Principum deſideria & vota quæ in divini nominis & perſonarum, illi clericali vinculo adſtrictarum amore feruntur, & opere poſtmodum conſequente tutum deducantur in actum: ita etiam dignum vel potius debitum exiſtimamus, ut quoniam in fidei Synceritate & devotione illibatæ eccleſiæ ſponſæ noſtræ, te fidelem advocatum devoviſti, eamque humili profeſſione Matrem & Dominam tuam recognoviſti, & ad ipſius honorem, & S. Rom. Imperii decus, & unionem victoriæ, & diadema etiam noſtro miniſterio, adveniente tempore ſuſcipere, & in eis immobilis perſiſtere intendis, verum etiam tanquam ipſius eccleſiæ Legitimus Pugil & athleta, te adverſus Schismaticorum & hæreticorum, Turcarum Tyrannum, ac fidei ac Chriſti nominis hoſtes, inſanias, & furores, ſpiritualiter & temporaliter armaris, & in dies arma hujusmodi jugiter exequeris, ea tibi favorabiliter concedamus, quæ tuæ celſitudini cedant ad honorem, & per quæ eisdem bene meritis perſonis te munificum reddere poſſis, ope auctoritatis apoſtolicæ exhibitione gratiarum.

Hinc eſt quod tuæ Celſitudinis ſupplicationibus inclinati dicta authoritate, præſentium ſerie, eidem T. C. concedimus, & indulgemus, quod ſi per te quibusvis collatoribus, ſeu collatricibus quorum-

rumcumque beneficiorum eccleſiaſticorum, ſecularium, & regularium, ordinum quorumcumque per S. Romanum Imperium videlicet conſtitutorum etiamſi qui, vel ſi quæ ex illis pontificali ſeu alia quavis dignitate præfulgeant, ſed collegia, capitula, & conventus fuerint, ſuper ſingulis beneficiis eccleſiaſticis cum cura, vel ſine cura, ſecularibus vel ordinum hujusmodi regularibus in ſingulis Cathedralibus, Metropolitanis, vel collegiatis vel aliis quibusvis eccleſiis, etiamſi beneficia hujusmodi, Canonicatus & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia in eisdem Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & collegiatis, & ipſæ præbendæ in illis, & hujusmodi eccleſiis, in quibus majores vel minores præbendæ eſſe noscuntur, etiamſi majores fuerint, & ad dignitates perſonatus, adminiſtrationes, vel officia hujusmodi conſueverint, qui per electionem aſſumi, eisque cura immineat animarum, dummodo dignitates ipſæ in Cathedralibus, & Metropolitanis poſt pontificales majores, aut collegiatis hujusmodi principales non exiſtant, ad eorundem collatorum, & collatricum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, communiter vel diviſim pertinentibus, ſingulis perſonis conferendis, ſeu ſuper hoc quod perſonæ hujusmodi ad illa recipiantur, & admittantur, Preces porrigi, ſeu de perſonis eisdem ad hujusmodi beneficia nominationes fieri contigerit primarias iidem collatores & collatrices ſalvo quod ſingulæ collationes & ſingulæ eccleſiæ, ex hoc ul-

 tra

tra quam in uno beneficio non graventur, ac ipſi collatores & collatrices ſaltem quatuor beneficia eccleſiaſtica conferre habeant, hujusmodi precibus & nominationibus parere & intendere, nec non perſonas ipſas ad hujusmodi beneficia, poſtquam ipſis de illis canonice proviſum fuerit juxta earundem precum, aut nominationem tenorem, recipere & admittere debeant & etiam teneantur.

Ita quod Celſitudo Tua unam & eandem perſonam ſupradictis collatoribus, & collatricibus ſimul, vel ſucceſſive nominare poſſit, Ita tamen quod quam primum perſona ſic nominata, de aliquo beneficio proviſa fuerit, ejus nominatio quoad alios collatores, vel collatrices facta, ipſo jure expiret & quo ad preces canonicatum, & præbendam ac dignitatem, ſeu perſonatum, adminiſtrationem, vel officium in una Eccleſia pro unico duntaxat beneficio computari debere declaramus.

Quodque quicunque in quibusvis dignitatibus conſtituti, ſeu eccleſiarum Cathedralium Canonici, ſinguli videlicet in illis quos pro ſingulis perſonis prædictis Precum, & nominationum hujusmodi, & ad hoc ut illæ ſortiantur effectum etiam præſentium executores deputaveris per ſe vel alium ſeu alios beneficia prædicta cum in quibusvis etiam ordinariis collatoribus per conſtitutiones noſtras, aut litteras alternativas, aliaque privilegia & Indulta quæcunque quomodolibet conceſſis & inpoſterum concedendis, aut aliis quibuscunque menſibus vacaverint, & quæ perſonæ, pro quibus preces

ces & nominationes hujuſmodi factæ fuerint, quatenus hujuſmodi preces ſeu nominationes ad illa ſe extendant, infra menſem, poſtquam ipſis vacatio hujuſmodi beneficiorum innotuerit, duxerint acceptanda, etiamſi ipſa beneficia diſpoſitioni apoſtolicæ, alias quam per conſtitutionem fœl. record. Benedicti Papæ XII. prædeceſſoris noſtri quæ incipit ad Regimen, generaliter reſervata exiſtant, & ex diverſis perſonis vacaverint, & perſonæ nominatæ prædictæ tempore aſſecutionis beneficii ad quod nominatæ fuerint, aliud beneficium in eadem eccleſia obtineant, & ſecundum ſtatuta ac conſuetudines eccleſiarum, in quibus beneficia hujuſmodi conſtituta fuerint, vel indulta eccleſiis conceſſa, capaces, videlicet in ætate legitima conſtitutæ, aut de legitimo matrimonio procreatæ non ſint: Dummodo quoad hujuſmodi qualitates alias cum eis canonice diſpenſatum, & beneficia in eadem eccleſia obtinenda talia ſint, quæ ſine diſpenſatione apoſtolica inſimul obtineri poſſint ac conſueverint, ac ipſorum vacantium beneficiorum collatio non fuerit juxta Lateran. ſtatuta concilii ad ſedem prætactam legitime devoluta neque ſuper illis inter aliquos lis pendeat indeciſa cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis perſonis ipſis, & etiam duo vel tria, ſeu plura quarumcumque qualitatum & cujuſcumque annui valoris eccleſiaſtica beneficia obtinentibus & expectantibus conferre, & aſſignare, nec non omnia, & ſingula, quæ ad hoc ut Precum ſeu nominationum ac collationum & acceptationum hujuſmodi ſuccedant effectus oportuna fuerint facere,

 au-

Digitized by Google

authoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam exequi poſſint, & valeant ſuper quibus ipſis plenam, & liberam authoritate prædicta tenore præſentium poteſtatem concedimus & etiam facultatem, ac perſonis prætactis, pro quibus hujusmodi primarias preces porrigi, ſeu nominationes hujusmodi fieri contigerit, quod ipſæ expectativis ac nominationibus, ſeu ſpecialium reſervationum de quibusvis beneficiis pro iis factarum gratiis & mandatis de providendo ipſis ab eisdem ſi quæ ipſis ſint, una cum gratia precum, & nominationum primariarum earundem uti poſſint, nec aliqua gratiarum hujusmodi conſumpta, reliquæ earundem Caſſæ cenſeantur, vel irritæ indulgemus.

Non obſtantibus noſtris de non utendo gratia expectativa, ac reſervatione ſpeciali, vel duabus gratiis inſimul, ac de inſinuatione publicatione, & diligentiis per acceptantes deſuper faciendis, ac in favorem ordinariorum collatorum nec non expectativas in forma pauperum habentium, ac illuſtrium & graduatorum, ac ſedis apoſtolicæ prætactæ officialium, ac certas inibi expreſſas gratias habentium, nec non quibuscumque in Cancellaria apoſtolica, quandocunque publicatis & publicandis, ac aliis conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, nec non aliis eccleſiarum, in quibus beneficia hujusmodi forſan fuerint, ſtatutis & conſuetudinibus illis, præſertim quibus in eccleſiis, in quibus majores, & minores hujusmodi præbendæ fuerint, caveri dicitur, quod nullus inibi majorem præbendam aſſequi poſſit, & valeat, niſi illa de

mi-

minori gradatim & per optionem aſcendant, juraramento confirmatione apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis, contrariis quibuscunque. Aut ſi aliquibus ſuper proviſione ſibi facienda de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ſpeciales, vel generales dictæ ſedis, aut Legatorum ejus Literæ etiam noſtro vel eas concedentum proprio motu, aut cujusvis etiam quocunque reſpectu, & ad cujuscunque inſtantiam ſint conceſſæ, vel concedantur in poſterum aut ſi ſpeciales de hujusmodi beneficiis per nos vel ſedem prætactam aut quæcunque aliæ, aut quamcumque nominandi & reſervandi facultatem quibusvis, quacumque etiam eccleſiaſtica vel mundana dignitate fulgentibus per ſedem prædictam conceſſarum, vel concedendarum, vigore reſervationum, vel earundem facultatum obtentæ ad hujusmodi beneficia quarumcunque perſonarum nominationes pro tempore factæ fuerint, quas quidem litteras, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, vel decretum, ſeu alias quomodolibet proceſſum fuerit: nec non reſervationes, facultates & nominationes cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis clauſulis, quæ præſentium effectum ſuſpendere, impedire, vel perimere aut alias iisdem præſentibus quomodolibet obſiſtere viderentur, ſive ex certa ſcientia noſtra, vel ſimili motu, ſive alias ſub quibusvis forma & expreſſione verborum, & quæ fortaſſis totalis ſui tenoris inſertionem, ac illorum quibus conceſſæ ſunt, vel fuerint, nominum, & cognominum individualem expreſſionem præſentibus fa-

Digitized by Google

ciendam, ad hoc ut illis per easdem præſentes ſufficienter derogatur, exigunt & requirunt, & quæ ipſis præſentibus, perinde ac ſe eorum tenor de verbo ad verbum inſertus foret pro expreſſis habeantur, emanarunt, & mandata, de providendo inde ſecuta cum proceſſibus per ea pro tempore habitis niſi illi pro quibus emanaverint, ut præfertur, de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium numero fuerint ad beneficia quæ Precum & nominationum Primariarum vigore per perſonas ipſas pro quibus illæ factæ fuerint acceptatæ & de quibus eis provideri contigerit, minime extendi quin imo in ipſorum executione perſonas ipſas omnibus & quibuscumque earum Litterarum & expectativarum, ac reſervationum hujusmodi vigore & cum quibusvis antelationibus prærogativis, etiam illis quas certis noſtris familiaribus continuis commenſalibus in Cancellaria apoſtolica, ac aliis noſtris litteris ad effectum, & aliis in aſſecutione beneficiorum conferendis nominatim deſcriptis, conceſſimus, & cum ſimilibus derogatoriis clauſulis, quæ nulli quo minus præſentium ſuccedant effectus ſuffragari debeant expectantibus, etiamſi illarum obtentu in quibusvis eccleſiis in Canonicos recepti, ac de numero ipſorum familiarium continuorum commenſalium antiquorum fuerint, nec non gratias in communi forma pauperum habentibus ac officialibus & IIIbus ac alias quascumque facultates habentibus & noſtris familiaribus continuis commenſalibus, antiquis & deſcriptis & inpoſterum deſcribendis dictis cardinalibus dumtaxat

xat exceptis anteferri voluimus, ſed nullum per hoc expectantibus ipſis, quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari ſeu ſi dictis collatoribus, ſeu collatricibus vel quibusvis aliis communiter aut diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quoad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli aut quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, quodque de hujusmodi, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis, ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim, vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri, per Litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali, vel ſpeciali cujuscunque tenoris exiſtat per quam præſentibus non expreſſum, vel totaliter non inſertum effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri & de qua cujusque toto tenore habenda ſit in noſtris Litteris mentio ſpecialis aut ſi perſonæ prædictæ præſentes non fuerint ad præſtandum de obſervandis ſtatutis, & conſuetudinibus eccleſiarum, in quibus hujusmodi beneficia fuerint, ut præfertur, ſolita juramenta dummodo in abſentia ſua per procuratores idoneos, & cum ad eccleſias ipſas acceſſerint corporaliter illa præſtent.

Nec non concordatis nationis Germanicæ, ac eorundem concordatorum confirmatione, ac prædictis & quibuscumque aliis, quandocunque editis & edendis conſtitutionibus, & regulis noſtris & di-

ctæ cancellariæ, ad quarum ſolennitatem adſtrictionem formam, vel ſatisfactionem ſeu obſervantiam habentes preces, ſeu nominationem hujusmodi minime teneantur nec ipſæ Preces ſub illis comprehendantur quoquo modo: nec non quibusvis gratiis expectativis ſpecialibus vel generalibus etiam mentalibus reſervationibus, unionibus annexionibus & incorporationibus, ſuppreſſionibus, & extinctionibus perpetuis & temporalibus nominationibus ac reſervandi, uniendi, annectendi, incorporandi ac nominatis, & aliis conferendi, commendandi, ſupprimendi & extinguendi, aliisque circa acceſſus & regreſſus de conſenſu facultatibus Litteris mandatis, & Indultis quibuscunque & cum proviſionibus, commendis, & aliis diſpoſitionibus ex tunc, & gratiis quibusvis, perſonis cujuscunque dignitatis ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtentibus, & quacunque etiam Imperiali regali reginali, Ducali, ſive Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali vel majori authoritate, præeminentia, nobilitate, & excellentia, ac etiam cardinalatus honore fulgentibus, & familiaribus, continuis commenſalibus noſtris, etiam deſcriptis, & antiquis, ac in eorum, & eccleſiarum & Cathedralium & Metropolitanarum, ac Patriarchalium, & principalium monaſteriorum, Menſarum, Capitulorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum quorumcunque cum cura & ſine cura ſecularium & quorumcunque ordinum regularium, Locorum piorum, univerſitatum ſtudiorum, & aliorum quorumcunque aut in illius favorem aut eorum, nec non jurium

ceſ-

ceſſorum vel ablatorum, aut ſpoliorum, damnorum etiam per infideles illatorum & obſequiorum nobis, Romanæque eccleſiæ vel dictæ ſedi, aut pro fide Catholica impenſorum, ſeu quibusvis aliis excogitabilibus & urgentiſſimis, ac inſolitis, nec non exprimendis cauſis, conſideratione, contemplatione, inſtantia intuitu ratione vel reſpectu, ac motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac cum quibusvis antelationibus, prærogativis, declarationibus conceſſionibus, favoribus, ſuſpenſionibus & gratiis, ac reſtitutionibus, modificationibus, exceptionibus, & annullativis irritativis, & derogatoriarum derogatoriis nec non prætactam & alias quascunque conceſſas, & concedendas gratias ſuſpendentibus, ac illis derogantibus, nec non mentis, & intentionis, ac perpetuæ, & inviolabilis voluntatis noſtræ fuiſſe & eſſe de non revocando, & ſuſpendendo gratias easdem & illis non derogando quomodolibet atteſtantibus, & in priſtinum & validiſſimum ſtatum reponentibus, reſtituentibus, ac plenarie reintegrantibus ac per modum pacti & initi contractus ac perpetui ſtatuti nec non gratias ipſas, ut de actu vacantibus expectare, & ex tunc vero & non ficte etiam quod ad poſſeſſionem dictorum beneficiorum ac omnes juris & facti defectus plenum eſſe ſortitas effectum, decernentibus, & declarantibus aliisque efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis per nos & ſedem prætactam aut ejus legatos in genere vel in ſpecie etiam nominatim de dictis beneficiis, & aliis quomodolibet emanatis, quibus etiamſi

in

in illis, quod illæ non niſi certis modis & formis ibi expreſſis & nominatis verbisque & ſignis inibi appoſitis, & cum diverſarum litterarum apoſtolicarum expeditione, & intimatione, etiam diverſis temporibus facienda; ac de conſenſu eorum, quo intereſſe concernebatur, aut etiam nullatenus ſuſpendi, moderari; aut iis in aliquo derogari poſſet, & quatenus ſuſpenderentur, aut illis derogaretur, toties de novo & ſub quacunque data per illos quorum intereſſe concernebatur, eligenda, conceſſa, & facta ſint, & eſſe cenſeantur, ac expediri poſſint, ac ſic & non aliter per quoscumque Judices, & perſonas judicari debeat, caveatur expreſſe, omnium illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis ac de verbo ad verbum inſertis, ac modos & formas hujusmodi pro individuo ſervatis habentes, ad effectum præſentium omnino derogamus & in dictis beneficiis cum, ut præfertur, vacaverint effectum ſortiri, aut locum ſibi vendicare non poſſe, nec non decernentes præſentes litteras nullatenus de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ defectu notari aut impugnari poſſe nec debere & ſic per quoscunque tam ordinaria quam delegata, & mixta authoritate fungentes judices, & perſonas, ubique judicari cognoſci, atque decidi debere, ſublata, eis & eorum cuilibet iudicandi, cognoſcendi, vel decidendi facultate, nec non irritum & inane quicquid ſecus ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis vel eorum aliquo quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus Cæterisque contrariis quibuscumque.

Prop-

Digitized by Google

Propterea, quia difficile foret præſentes Litteras ad ſingula loca deferri, volumus, ac dicta authoritate decernimus, quod illarum transſumptis manu alicujus notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus perſonæ in eccleſiaſticæ dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præſentibus ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis conceſſionis, Indulti derogationis, decreti & voluntatis infringere, vel ei caſu temerario contraire: ſi quis autem hæc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Romæ* apud S. *Mariam majorem*, anno Incarnationis dominicæ milleſimo ſexcenteſimo viceſimo, pridie non. Junii, Pontificatus noſtri anno decimo ſexto ſubſcriptum *M. Datarius Joannes Baptiſta Bolegnetus.*

Interpretationem hujus indulti inſtituit *Chockier in Tractatu de precibus primariis.*

XLVI.

PRECES FERDINANDI II. IMP.

Ferdinandus ſecundus divina favente clementia Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ Hungariæ Bohemiæ Dalmatiæ Croatiæ & Sclavoniæ &c. Rex. Archidux Auſtriæ Dux

Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ Lucemburgiæ Wirtembergæ, Superioris & inferioris Sileſiæ &c. Princeps Sueviæ, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ, Maroviæ Superioris & inferioris Luſatiæ Comes Habſpurgi Tirolis Ferretis Kyburgi & Goricæ &c. Landgravius Alſatiæ Dominus Marchiæ Sclavonicæ Portus Naonis & Salinarum &c. Devotis nobis dilectis N. Decano & Capitulo Collegiatæ Eccleſiæ *Sancti Victoris extra muros* Civitatis Moguntinæ gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum. Etſi nos ad Romani Imperii faſtigium evectos titulisque Auguſti & Regio diademate decoratos ſumma ſemper ope niti decet omnia ſacri Romani Imperii intemerata jura & conſuetudines Laudabiles conſervare par eſt tamen ut hoc diligentiori ſtudio præſtemus, ſi quando integritate vitæ & morum probitate aliisque virtutibus inſignitos meritis beneficiis & dignis honoribus afficiendos arbitramur, ſiquidem Imperatorum Regumque ſublimitas & magnitudo nullo expreſſius officio Dei Opt. Max. ſimilitudinem referre poteſt, quam ſi pluribus benefecerit: Quare cum nobis ad prædeceſſorum noſtrorum imitationem ex inveterata conſuetudine etiam Apoſtolica authoritate per Sanctiſſimum in Chriſto Patrem Dominum Paulum Quintum Sanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ Pontificem Maximum roborata, jus competat, preces primarias ad omnes & ſingulos beneficiorum Eccleſiaſticorum collatores & collatrices capitula conventus & collegia ac perſonas alias de illis quocunque modo diſponendi jus ha-

habentes per univerſum Romanum imperium conſtitutas porrigendi dandi, concedendi & decernendi pro perſonis idoneis & nobis gratis ad conſequendum beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura tam ſecularia quam regularia, etiamſi canonicatus & præbendæ dignitates perſonatus adminiſtrationes vel officia fuerint in Collegiata Cathedrali vel Metropolitana Eccleſia etiamſi ad ea conſueverint qui per electionem aſſumi ad collatorum collatricum, Capitulorum, Collegiorum ſive Conventuum ac perſonarum prædictarum Collationem, proviſionem, electionem, nominationem præſentationem ſeu quamlibet aliam ordinationem conjunctim vel diviſim ſpectantia (Canonicatu nihilominus & præbenda cum dignitate perſonatu adminiſtratione vel officio etiam ex perſona plurium ſucceſſive vacantibus pro uno computatis beneficio) & hujusmodi etiam prædeceſſorum noſtrorum primariis precibus reverenter hactenus paritum fuerit. Idcirco Romani Imperii jura & conſuetudines (ut tenemur) proſequi & prædeceſſorum veſtigiis inhærere volentes primarias preces noſtras pro devoto nobis dilecto *Joanni Wendelino Nicolao* condicto *Steinmez* Moguntinæ Diœceſeos Clerico ad vos porreximus dedimus, conceſſimus & decernimus, ac per præſentes porrigimus damus concedimus & decernimus Ita tamen quod nobis & hæredibus ac ſucceſſoribus noſtris Archiducibus Auſtriæ nullum unquam per hoc in juribus, privilegiis exemptionibus & collationibus noſtris generetur præjudicium Nos adhortantes & pro conſervatione jurium

&

& conſuetudinum Romani imperii expreſſe requirentes, ut beneficium eccleſiaſticum tam regulare quam ſeculare cum cura vel ſine cura, etiamſi canonicatus & præbenda dignitas perſonatus adminiſtratio, vel officium fuerit etiamſi ad illud conſueverint, qui per electionem aſſumi in Metropolitana Cathedrali vel collegiata eccleſia quod ad præſens ſive proxime quomodolibet ſimul vel ſucceſſive in quocunque menſe vacare contigerit ad collationem, proviſionem electionem nominationem præſentationem ordinationem ſeu quamlibet aliam diſpoſitionem veſtram pertinens canonicatu ut præfertur & præbenda cum dignitate perſonatu adminiſtratione vel officio etiamſi ex perſona plurium ſucceſſive vacaverint pro uno computatis beneficio quod præfatus *Joannes Wendelinus Nicolaus Steinmetz* per ſe vel procuratorem ſuum infra menſem a die notæ ſibi vacationis duxerit acceptandum eundem *Joannem Wendelinum Nicolaum* prout ad nos ſpectat ad illud eligatis nominetis præſentetis ac ei illud conferatis & aſſignetis atque etiam de eo provideatis, ponendo eum in pacifica & quieta poſſeſſione Stallum in Choro & Locum in Capitulo ei aſſignando cum plenitudine juris canonici & fructuum perceptione qualibet contradictione ceſſante, quo vero hæ preces noſtræ primariæ certiorem conſequantur effectum nominamus & deputamus auctoritate apoſtolica nobis in hac parte conceſſa tenore præſentium Venerabiles N. Archiepiſcopum Moguntinum S. R. Imperii per Germaniam Archicancellarium Principem Electorem & Ne-

potem

Digitized by Google

potem noſtrum Chariſſ. nec non N. Epiſcopum Spirenſem & Præpoſitum Weiſſenburgenſem Principem devotum nobis dilectum & quemlibet eorum in ſolidum qui preſentibus noſtris literis requiſitus fuerit harum primariarum precum noſtrarum executores eisdem per preſentes expreſſe committentes & mandantes ut ſi forte in contemptum & prejudicium jurium & conſuetudinum Romani imperii ad parendum hujusmodi primariis precibus noſtris contumaces & rebelles fueritis tanquam executores a nobis deputati ſub pœna gravis indignationis noſtræ, quilibet eorum vos realiter & cum effectu ad parendum per cenſuras eccleſiaſticas compellat aliaque faciat & exequatur juxta traditam ſibi in literis apoſtolicis poteſtatem: contumacia vero noſtra aut contemptu (quod abſit per menſem continuum a die requiſitionis numerandum durante vos omnibus & ſingulis privilegiis, gratiis libertatibus & donationibus a Romanorum Imperatoribus & regibus ac nobis & aliis prædeceſſoribus noſtris nobis conceſſis noveritis eo ipſo privatos & noſtra tuitione exutos quæ & quas ex nunc pro ut a die contumaciæ veſtræ tenore preſentium revocamus caſſamus & irrita eſſe volumus, & vos taliter contumaces & rebelles á beneficiis Majeſtatis noſtræ reddimus alienos, prout etiam ex nunc prout ex tunc privamus & a protectione noſtra excludimus. Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum & ſigilli noſtri Cæſar. impreſſione munitarum. Datæ die 8. Menſis Stylo Gregoriano Anno Domini Milleſimo Sexcenteſimo vigeſimo

Regnorum noſtrorum Romani II. Hungar. III. Bohemici vero IV.

FERDINANDVS.

Vt. Hr. von Ulm.

Ad mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium.

Hermannus Queſtenberger.

XLVII.

INDVLTVM URBANI VIII. PP. FERDINANDO III.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Chariſſimo in Chriſto Filio *Ferdinando* Romanorum Regi illuſtri in Imperatorem electo ſalutem &c. Cum poſt factam de perſona tua per ſacri Romani Imperii Principes electores de conſenſu clar. mem. Ferdinandi II. Romanorum Regis in Imperatorem electi Patris tui tunc in humanis agentis, in Regem Romanorum electionem, ac per nos pro univerſæ Chriſtianæ reipublicæ ſalute confirmatam nuper nobis ſignificaveris, Te ſummopere deſiderare perſonas tibi gratas, & acceptas gratia, & munificentia, aliqua beneficia eccleſiaſtica conſequi poſſe; Nos quemadmodum magnis merentur efferri laudibus, inſignibusque præconiis commendari, & ſublimium principum deſideria, & vota, quæ in divi-

divini nominis & perſonarum illi clericali vinculo adſtrictarum amore feruntur, & opere poſtmodum conſequente, tutum deducantur in actum; ita etiam dignum, vel potius debitum exiſtimamus, ut quoniam in fidei ſinceritate, & devotione illibatæ eccleſiæ ſponſæ noſtræ te fidelem advocatum devoviſti, eamque humili profeſſione Matrem & Dominam tuam recognoviſti, & ad ipſius honorem, & ſacri Romani Imperii decus unctionem victoriæ, & diadema etiam noſtro miniſterio adveniente tempore ſuſcipere, & in eis immobilis perſiſtere intendis; verum etiam tanquam ipſius Eccleſiæ legitimus pugil, & athleta Te adverſus ſchismaticorum, & hæreticorum Turcarum Tyranni, ac fidei, & Chriſti nominis hoſtium inſanias, & furores ſpiritualiter, & temporaliter armaris, & in dies arma hujusmodi jugiter exequeris, ea tibi favorabiliter concedamus, quæ Tuæ celſitudini cedant ad honorem, & per quæ eisdem benemeritis perſonis Te munificum reddere poſſis ope auctoritatis apoſtolicæ exhibitione gratiarum. Hinc eſt, quod Tuæ celſitudinis ſupplicationi inclinati, dicta auctoritate præſentium ſerie eidem celſitudini Tuæ concedimus, & indulgemus, quod ſi per Te quibusvis collatoribus, ſeu collatricibus quorumcumque beneficiorum eccleſiaſticorum ſecularium, vel regularium ordinum quorumcunque per ſacrum Romanum Imperium ubilibet conſtitutorum, etiam ſi qui, vel ſi quæ Pontificali, vel alia quavis dignitate præfulgeant, ſeu collegia, capitula, & conventus fuerint ſuper ſingulis beneficiis eccleſiaſticis cum cura,

vel ſine cura ſæcularibus, vel ordinum hujusmodi regularibus in ſingulis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, Collegiatis, & aliis quibusvis eccleſiis, etiamſi beneficia hujusmodi, Canonicatus, & Præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia in eisdem Cathedralibus, etiam Metropolitanis vel collegiatis, & ipſæ Præbendæ in illis ex hujusmodi eccleſiis, in quibus majores vel minores præbendæ eſſe noſcuntur, etiamſi majores fuerint, & ad dignitates perſonatus, adminiſtrationes, vel officia hujusmodi conſueverint qui per electionem aſſumi, eisque cura immineat animarum dummodo dignitates ipſæ in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, poſt pontificales majores, aut collegiatis hujusmodi principales non exiſtant, ad eorundem collatorum, & collatricum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam dispoſitionem communiter, vel diviſim pertinentibus ſingulis perſonis conferendis, ſeu ſuper hoc, quod perſonæ hujusmodi ad illa recipiantur, & admittantur, Preces porrigi, ſeu de perſonis eisdem ad hujusmodi beneficia nominationes fieri contigerit, primarias iidem collatores & collatrices, ſalvo quod ſingulæ collationes, & ſingulæ eccleſiæ ex hoc ultra quam in uno beneficio non graventur, ac ipſi collatores & collatrices ſaltem quatuor beneficia eccleſiaſtica conferre habeant, hujusmodi Precibus & nominationibus parere, & intendere, nec non perſonas ipſas ad hujusmodi beneficia, poſtquam ipſis de illis canonice proviſum fuerit, juxta earundem Precum, aut nominationum tenorem recipere, & admitte-

mittere debeant & etiam teneantur. Quodque quicumque quibusvis in dignitatibus conſtituti, ſeu eccleſiarum Cathedralium canonici ſinguli, videlicet in illis, quos pro ſingulis perſonis prædictis Precum & nominationum hujusmodi, & ad hoc, ut illæ ſortiantur effectum, etiam præſentium Executores deputaveris, per ſe vel alium, ſeu alios, beneficia prædicta, cum in quibusvis etiam ordinariis collatoribus per conſtitutiones noſtras, aut literas alternativas, aliaque privilegia, & indulta quæcumque quomodolibet conceſſis, & inpoſterum concedendis, aut aliis quibuscumque menſibus vacaverint, & quæ perſonæ, pro quibus Preces & nominationes hujusmodi factæ fuerint, quatenus hujusmodi Preces ſeu nominationes ad illa ſe extendant, infra menſem, poſtquam ipſis vacatio hujusmodi beneficiorum innotuerit, duxerint acceptanda, etiamſi ipſa beneficia diſpoſitioni Apoſtolicæ, alias quam per conſtitutionem fel. record. Benedicti Papæ XII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit Ad regimen generaliter reſervata exiſtant, & ex diverſis perſonis vacaverint, & perſonæ nominatæ prædictæ tempore aſſecutionis beneficii, ad quod nominatæ fuerint, aliud beneficium in eadem eccleſia obtineant, ac ſecundum ſtatuta & conſuetudines eccleſiarum, in quibus beneficia hujusmodi conſtiterint, vel indulta eccleſiis conceſſa, capaces, videlicet in ætate legitima conſtitutæ, aut de legitimo matrimonio procreatæ non ſint; dummodo quoad hujusmodi qualitates alias cum eis canonice diſpenſatum, & beneficia in eadem eccleſia obtinent

Digitized by Google

talia ſint, quæ ſine diſpenſatione apoſtolica inſimul obtineri poſſint, aut conſueverint, ac ipſorum vacantium beneficiorum collatio non fuerit juxta Lateranenſis ſtatuta concilii ad ſedem Apoſtolicam legitime devoluta, neque ſuper illis inter aliquos lis pendeat indeciſa &c. Non obſtantibus noſtris de non utendo gratia expectativa, ac reſervatione ſpeciali, vel duabus gratiis inſimul, ac de inſinuatione & publicatione, & diligentiis per acceptantes deſuper facien. ac in favorem ordinariorum collatorum, nec non expectativas in forma pauperum habentium, ac illuſtrium, & graduatorum a ſedis prædictæ officialium, ac certas inibi expreſſas gratias habentium, nec non quibuscumque in Cancellaria Apoſtolica quandocunque publicatis, & publicandis & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, nec non aliis eccleſiarum, in quibus beneficia hujusmodi forſan fuerint ſtatutis & conſuetudinibus &c. nec non concordatis nationis Germanicæ, ac eorundem concordatorum confirmatione, ac prædictis, ac quibuscumque aliis quandocumque editis, & edendis conſtitutionibus, & regulis noſtris, & dictæ Cancellariæ, ad quarum ſolemnitatem, adſtrictionem, formam, & ſatisfactionem, ſeu obſervantiam habentes Preces, ſeu nominationes hujusmodi minime teneantur, nec ipſæ Preces ſub illis comprehendantur quoquo modo, nec non quibusvis privilegiis, indultis, & literis apoſtolicis, & quibusvis gratiis expectativis ſpecialibus, vel generalibus, etiam mentalibus reſervationibus, unionibus, annexionibus, & incorporationibus, ſup-

preſ-

preſſionibus & extinctionibus perpetuis, & temporalibus nominationibus, ac reſervandi, uniendi, annectendi, incorporandi, ac nominandi, & aliis conferendi, commendandi, ſupprimendi, & extinguendi, aliisque citra acceſſus, & regreſſus de conſenſu, facultatibus, literis, mandatis, & indultis quibuscumque, etiam cum proviſionibus, commendis, & aliis diſpoſitionibus ex tunc, & gratiis quibusvis perſonis cujuscumque dignitatis, ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtentibus, & quacumque etiam Imperiali, Regali, reginali, Ducali, ſive Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, vel majori auctoritate, præeminentia, nobilitate, & excellentia, ac etiam Cardinalatus honore fulgentibus, & familiaribus continuis commenſalibus noſtris, etiam deſcriptis, & antiquis, & in eorum, ac eccleſiarum etiam Cathedralium, & Metropolitanarum ac Patriarchalium, & principalium Monaſteriorum, menſarum, capitulorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum quorumcumque cum cura, & ſine cura, ſæcularium, locorum piorum, univerſitatum, ſtudiorum, & aliorum quorumcumque &c. Datum *Romæ*, apud Sanctum *Petrum* anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo octavo, duodecimo Kalendis Decembris, Pontificatus noſtri anno ſexto decimo.

Ferdinandi ſecundi ſucceſſor in Imperio eſt *Ferdinandus* III. ejusdem filius an. 1637. electus Rex Romanorum an. 1636. vivos reliquit 1. Apr. an. 1657.

XLVIII.

PRECES FERDINANDI III. IMP.

Ferdinandus Tertius divina favente clementia, Electus Romanorum Imperator Semper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ &c. Rex; Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lucemburgiæ, Wirtembergæ, Superioris & inferioris Sileſiæ &c. Princeps Sueviæ, Marchio ſacri Romani Imperii, Burgoviæ, Moraviæ, Superioris & inferioris Luſatiæ, Comes Habſpurgi, Tirolis, Ferretis Kyburgi & Goriciæ &c. Landgravius Alſatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Honorabilibus devotis nobis in Chriſto dilectis Decano & capitulo collegiatæ Eccleſiæ noſtræ ad *S Bartholomæum Francofurt.* Gratiam noſtram cæſaream & omne bonum. Etſi Nos ad Romani Imperii faſtigium evectos, titulisque Auguſti & regio diademate decoratos, ſumma ſemper ope niti decet, omnia ſacri Romani Imperii intemerata jura & conſuetudines laudabiles conſervare; par eſt tamen, ut hoc diligentiori ſtudio præſtemus, ſi quando integritate vitæ & morum probitate, aliisque virtutibus inſignitos, meritis beneficiis & dignis honoribus afficiendos arbitramur, ſiquidem imperatorum Regumque ſublimitas & magnitudo, nullo expreſſius officio Dei Opt. Max. ſimilitudinem referre poteſt, quam ſi pluribus benefecerit. Quare cum nobis

Digitized by Google

nobis ad prædeceſſorum noſtrorum imitationem, ex inveterata conſuetudine, etiam apoſtolica auctoritate per ſanctiſſimum in Chriſto Patrem Dominum *Urbanum VIII.* Sanctæ Romanæ ac univerſalis eccleſiæ Pontificem Maximum roborata, iis competat, preces primarias ad omnes & ſingulos beneficiorum Eccleſiaſticorum collatores & collatrices, capitula, conventus & collegia, ac perſonas alias de illis quocumque modo diſponendi iis habentes, per univerſum Romanum imperium conſtitutas, porrigendi, dandi, concedendi & decernendi, pro perſonis idoneis & Nobis gratis, ad conſequendum beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura, tam ſecularia quam regularia, etiamſi canonicatus & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia fuerint, in Collegiata, Cathedrali, vel Metropolitana eccleſia etiamſi ad ea conſueverint qui per electionem aſſumi, ad collatorum, collatricum, Capitulorum, collegiorum ſive conventuum, ac perſonarum prædictarum collationem, proviſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ſeu quamlibet aliam ordinationem coniunctim vel diviſim ſpectantia (canonicatu nihilominus & præbenda cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione vel officio etiam ex perſona plurium ſucceſſive vacantibus, pro uno computatis beneficio; & hujusmodi etiam prædeceſſorum noſtrorum primariis precibus reverenter hactenus paritum fuerit. Idcirco Romani imperii jura & conſuetudines (ut tenemur) proſequi, & prædeceſſorum veſtigiis inhærere volentes, primarias

rias preces noſtras pro devoto nobis dilecto *Adamo Pfohl* Metropolitanæ eccleſiæ Moguntinæ Vicario ad vos porreximus, dedimus, conceſſimus & decrevimus, ac per præſentes porrigimus, damus, concedimus, & decernimus. Ita tamen, quod nobis & hæredibus ac ſucceſſoribus noſtris Archiducibus Auſtriæ, nullum unquam per hoc in juribus, privilegiis, exemptionibus & collationibus noſtris generetur præjudicium, Vos adhortantes, & pro conſervatione jurium & conſuetudinum Romani Imperii expreſſe requirentes, ut beneficium eccleſiaſticum, tam regulare quam ſeculare, cum cura, vel ſine cura, etiamſi canonicatus & præbenda, dignitas, perſonatus, adminiſtratio, vel officium fuerit, etiamſi ad illud conſueverint qui per electionem aſſumi in Metropolitana, Cathedrali, vel collegiata eccleſia, quod ad præſens ſive proxime quomodolibet, ſimul vel ſucceſſive, in quocunque menſe vacare contigerit, ad collationem, proviſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ordinationem, ſive quamlibet aliam diſpoſitionem veſtram pertinens, canonicatu ut præfertur, & præbenda cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione, vel officio, etiamſi ex perſona plurium ſucceſſive vacaverint, pro uno computatis beneficio, quod præfatus *Adamus Pfohl* per ſe vel procuratorem ſuum, infra menſem a die notæ ſibi vacationis duxerit acceptandum, eundem *Adamum Pfohl* prout ad vos ſpectat ad illud eligatis, nominetis præſentetis ac ei illud conferatis & aſſignetis atque etiam de eo provideatis ponendo eum

eum in pacifica & quieta poſſeſſione, ſtallum in choro & locum in capitulo ei aſſignando, cum plenitudine juris canonici & fructuum perceptione, qualibet contradictione ceſſante. Quo vero hæ preces noſtræ primariæ certiorem conſequantur effectum, nominamus & deputamus auctoritate apoſtolica nobis in hac parte conceſſa, tenore præſentium Venerabiles *Anſelmum Caſimirum* Archiepiſcopum Moguntinum S. R. Imp. per Germ. Archicancellarium Princ. Elect. Nepotem noſtrum chariſſimum, & *Joann. Philippum* Epiſcopum Herbipolenſem Principem devotum nobis dilectum & quemlibet eorum inſolidum, qui præſentibus noſtris literis requiſitus fuerit, harum primariarum precum noſtrarum executores, eisdem per præſentes expreſſe committentes & mandantes, ut ſi forte in contemptum & præjudicium jurium & conſuetudinum Romani imperii ad parendum hujusmodi primariis precibus noſtris contumaces & rebelles fueritis tanquam executores a nobis deputati, ſub pœna gravis indignationis noſtræ, quilibet eorum vos realiter & cum effectu ad parendum per cenſuras eccleſiaſticas compellat, aliaque faciat & exequatur, juxta traditam ſibi in literis apoſtolicis poteſtatem: contumacia vero veſtra aut contemptu (quod abſit) per menſem continuum a die requiſitionis numerandum durante vos omnibus & ſingulis privilegiis, gratiis, libertatibus & donationibus a Romanorum Imperatoribus & Regibus ac nobis & aliis prædeceſſoribus noſtris, vobis conceſſis, noveritis eo ipſo privatos & noſtra tuitione exutos, quæ &

quas,

quas, ex nunc, prout a die contumaciæ veſtræ tenore præſentium revocamus, caſſamus, & irrita eſſe volumus, & vos taliter contumaces & rebelles, a beneficiis Majeſtatis noſtræ reddimus alienos, prout etiam ex nunc, prout ex tunc privamus & a protectione excludimus. Harum teſtimonio literarum, manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri Cæſ. impreſſione munitarum. Datæ in civitate noſtra Viennæ die decima Menſis Septembris Anno Domini Milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo, Regnorum noſtrorum, Romani ſexto: Hungarici decimo ſeptimo: Bohemici vero decimo quinto.

FERDINANDVS.

Ne quid ſubſidii deſit, ea hic apponimus quæ de primariis precibus pax Weſtphalica an. 1648. ſtatuit: ibi art. V. §. 18. *Ubi ſacra Cæſarea Majeſtas jus primarium precum exercuit, exerceat etiam in poſterum, dummodo decedente Aug. Confeſſ. addicto in ejus religionis Epiſcopatibus Conf. Aug. addictus ad normam ſtatutorum & obſervantiæ idoneus precibus fruatur. In mixtis vero ex utraque religione ſeu Epiſcopatibus ſeu aliis locis immediatis precibus primariis præſentatus non gaudeat, niſi beneficium vacans religionis conſors poſſederit,* & §. 26. *In quibuscunque etiam fundationibus mediatis Anno Milleſimo ſexcenteſimo viceſimo quarto die prima Januarii ſacra Cæſarea Majeſtas primariae preces exercuit, exerceat eas & impoſterum ad modum circa bona immediata ſuperius explicatum.*

Cortrejus in obſervatis ad Concordata pag. 38. & 39. duo adducit exemplaria precum *Ferdinandi*

di III. ad Eccleſiam Cathedralem & ad collegiatam *S. Nicolai in Magdeburg*, hoc de an. 1650. illud de an. 1653. in neutro reperitur indulti Pontificii veſtigium, ſed inveterata ſolummodo allegatur conſuetudo. Verum hujusmodi tenoris exemplar ab hoc Imperatore ad Eccleſiam quandam Catholicorum directum videre necdum licuit.

Ferdinando III. Leopoldus ſucceſſit decima octava Julii an. 1658. Imperator electus. cum vero ſic dictum obedientiæ legatum Romam non transmiſiſſet, indultum a tempore initorum concordatorum dari ſolitum non obtinuit & hinc preces ejusdem absque effectu permanſerunt videatur oligerius pag. 157.

XLIX.

PRECES LEOPOLDI IMP.

Leopoldus divina favente clementia electus Romanorum Imperator Semper Auguſtus, ac Germaniæ Hungariæ Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ Sclavoniæ Rex Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, Comes Tyrolis &c. Devotis nobis dilectis Decano & capitulo collegiatæ eccleſiæ noſtræ *S. Victoris* extra muros civitatis Moguntinæ gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum. Cum nos ad ſacri Romani Imperii faſtigium evectos tituliſque Auguſti, & regio diademate decoratos ſumma ſemper ope niti deceat, ut omnia ſacri Romani imperii jura, & Laudabiles conſuetudines intemera-

meratæ conſerventur, par eſt, ut hoc diligentiori ſtudio præſtemus, ſi quando integritate vitæ & morum probitate, aliisque virtutibus inſignitos meritis beneficiis & dignis honoribus afficiendos arbitramur, ſiquidem imperatorum Regumque ſublimitas & magnitudo nullo expreſſius officio Dei Optimi Maximi ſimilitudinem referre poteſt, quam ſi pluribus benefecerit, quare cum nobis ad prædeceſſorum noſtrorum imitationem ex inveterata conſuetudine jus competat preces primarias ad omnes & ſingulos beneficiorum Eccleſiaſticorum collatores & collatrices Capitula, conventus & collegia ac perſonas alias de illis quocumque modo disponendi jus habentes, per univerſum Romanum Imperium conſtitutas porrigendi, dandi concedendi & decernendi pro perſonis idoneis & nobis gratis ad conſequendum beneficia eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura, tam ſæcularia quam regularia, etiamſi canonicatus & præbendæ, dignitates perſonatus, adminiſtrationes vel officia fuerint in Collegiata Cathedrali vel metropolitana eccleſia, etiamſi ad ea conſueverint, qui per electionem aſſumi ad collatorum, collatricum, Capitulorum, Collegiorum, ſive conventuum, ac perſonarum prædictarum collationem, proviſionem, electionem nominationem præſentationem ſeu quamlibet aliam ordinationem conjunctim vel diviſim ſpectantia (canonicatu nihilominus & præbenda cum dignitate perſonatu adminiſtratione vel officio etiam ex perſona plurium ſucceſſive vacantibus pro uno computatis beneficio.) Idcirco Romani Imperii jura & con-

conſuetudines (ut tenemur) proſequi & prædeceſſorum veſtigiis inhærere volentes primarias preces noſtras pro fideli nobis dilecto *Joanne Bernardo Kaltwaſſer* cujus nobis virtus, doctrina & vitæ morumque integritas ſingularem in modum prædicantur, ad vos porreximus, dedimus, conceſſimus & decrevimus, ac per præſentes porrigimus, damus, concedimus & decernimus, vos adhortantes & pro conſervatione jurium & conſuetudinum ſacri Romani Imperii expreſſe requirentes, ut beneficium eccleſiaſticum tam regulare quam ſæculare, cum cura vel ſine cura, etiamſi canonicatus & præbenda dignitas perſonatus, adminiſtratio vel officium fuerit etiamſi ad illud conſueverint, qui per electiónem aſſumi, in Metropolitana Cathedrali vel collegiata eccleſia quod ad præſens ſive proxime quomodolibet ſimul vel ſucceſſive in quocunque menſe per obitum, deceſſum vel reſignationem alicujus vacare contigerit ad collationem, proviſionem electionem nominationem, præſentationem, ordinationem, ſive quamlibet aliam depoſitionem veſtram pertinens canonicatu, ut præfertur, & præbenda cum dignitate, perſonatu adminiſtratione vel officio, etiamſi ex perſona plurium ſucceſſive vacaverit, pro uno computatis beneficio, quod præfatus *Joannes Bernardus Kaltwaſſer* per ſe vel procuratorem ſuum infra menſem a die notæ ſibi vacationis duxerit acceptandum, eundem *Joannem Bernardum Kaltwaſſer* prout ad vos ſpectat, ad illud eligatis, nominetis præſentetis, ac ei illud conferatis & aſſignetis, atque etiam de eo

pro-

provideatis ponendo eum in pacifica & quieta poſſeſſione ſtallum in Choro & locum in capitulo ei aſſignando cum plenitudine juris Canonici & fructuum perceptione qualibet contradictione ceſſante, quo vero hæ preces noſtræ primariæ certiorem conſequantur effectum, nominamus & deputamus tenore præſentium Reverendiſſimum *Lotharium Franciſcum* Archi Epiſcopum Moguntinum, ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarium Principem Electorem & Nepotem noſtrum Chariſſimum, ac venerabilem *Joannem Philippum* Epiſcopum Herbipolenſem devotum nobis dilectum & quemlibet eorum in ſolidum qui præſentibus literis noſtris requiſitus fuerit, harum primariarum precum noſtrarum executores, ejsdem ſimul & ſeorſim per præſentes expreſſe committentes & mandantes, ut ſi forte in contemptum & præjudicium jurium & conſuetudinum Romani Imperii ad parendum hujusmodi primariis precibus noſtris contumaces & rebelles fueritis tanquam executores a nobis deputati, ſub pœna gravis indignationis noſtræ vos realiter & cum effectu ad parendum juxta conſtitutiones imperii moneant & contumacia veſtra aut contemptu (quod abſit) per menſem continuum a die requiſitionis numerandum durante, vos omnibus & ſingulis privilegiis gratiis, libertatibus & donationibus a Romanorum Imperatoribus & Regibus ac nobis & aliis prædeceſſoribus noſtris vobis conceſſis eo ipſo privatos & noſtra tuitione exutos declarent vel declaret, quæ & quas ex nunc prout a die contumaciæ veſtræ, tenore præſentium

re-

revocamus, Caſſamus & irrita eſſe volumus, & vos taliter contumaces & rebelles a beneficiis Majeſtatis noſtræ reddimus alienos, prout etiam ex nunc, prout ex tunc privamus & a protectione noſtra excludimus, Harum teſtimonio Literarum manu noſtra ſubſcriptarum & ſigilli noſtri appenſione munitarum, quæ dabantur in Civitate noſtra *Viennæ* quinta Martii Anno milleſimo ſeptingenteſimo tertio Regnorum noſtrorum Romani quadrageſimo quinto, Hungarici quadrageſimo octavo, Bohemici vero quadrageſimo ſeptimo.

LEOPOLDVS. mppria.

Vt D A C à Kaunitz mpr.

Ad mandatum ſacræ Cæſareæ
Majeſtatis proprium.
Lutzo Dolberg mpp.

Preces iſtæ Leopoldi Imp. anno Regiminis ejusdem quadrageſimo quinto ad Capitulum Collegiatæ *S. Victoris* tranſmiſſæ, conſulta prius Ven. Cleri Moguntini congregatione absque effectu redierunt.

L.

PRECES JOSEPHI I. IMP.

Joſephus divina favente clementia electus Romanorum Imperator Semper Auguſtus, ac Germa-

niæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac Superioris & inferioris Sileſiæ, Wirtembergæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habſpurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ Landgravius Alſatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ, ac ſuperioris & inferioris Luſatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Honorabilibus devotis nobis gratis N. *Abbatiſſæ*, Decaniſſæ & Capitulo *eccleſiæ Eſſendienſis* gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum. Etſi nos ad Romani Imperii faſtigium evectos, titulisque Auguſti & Regio diademate decoratos, ſumma ſemper ope niti decet, omnia ſacri Romani Imperii intemerata jura & conſuetudines laudabiles conſervare, par eſt tamen ut hoc diligentiori ſtudio præſtemus, ſi quando perſonas integritate vitæ, & morum probitate, aliisque virtutibus inſignitos, meritis beneficiis & dignis honoribus afficiendas arbitramur, ſiquidem Imperatorum Regumque ſublimitas & magnitudo nullo expreſſius officio, Dei Optimi Maximi ſimilitudinem referre poteſt, quam ſi pluribus benefecerit. Quare cum nobis ad prædeceſſorum noſtrorum imitationem ex inveterata conſuetudine jus competat preces primarias ad omnes & ſingulos beneficiorum eccleſiaſticorum collatores & collatrices, capitula, conventus & collegia, ac perſonas alias de illis quocunque modo diſponendi jus habentes per univerſum Romanum Imperium conſti-

ſti-

ſtitutas, porrigendi, dandi, concedendi, & decernendi, pro perſonis idoneis & nobis gratis, ad conſequendum beneficia eccleſiaſtica, cum cura vel ſine cura, tam ſecularia, quam regularia, etiamſi canonicatus & Præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes vel officia fuerint in Collegiata, Cathedrali vel Metropolitana Eccleſia, etiamſi ad ea conſueverint quæ per electionem aſſumi, ad collatorum, collatricum, Capitulorum, Collegiorum ſive conventuum ac perſonarum prædictarum Collationem, proviſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ſeu quamlibet ordinationem, conjunctim vel diviſim ſpectantia (Canonicatu nihilominus & Præbendæ cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione vel officio, etiam ex Perſona plurium ſucceſſive vacantibus pro uno computatis beneficio.) Idcirco Romani Imperii jura & conſuetudines (ut tenemur) proſequi & prædeceſſorum veſtigiis inhærere volentes, primarias preces noſtras pro Illuſtri & magnifica devota nobis grata *Maria Anna Comitiſſa de Berlepſch* ad vos porreximus, dedimus, conceſſimus & decrevimus, ac per præſentes porrigimus, damus, concedimus, & decernimus, Vos adhortantes & pro conſervatione jurium & conſuetudinum Romani Imperii expreſſe requirentes ut beneficium eccleſiaſticum, etiamſi canonicatus & præbenda, dignitas, perſonatus adminiſtratio vel officium fuerit, etiamſi ad illud conſueverint quæ per electionem aſſumi in Eccleſia veſtra, quod ad præſens ſive proxime quomodolibet, ſimul vel ſucceſſive, in quocunque menſe per obitum, deceſſum vel re-

ſignationem alicujus vacare contigerit, ad collationem, proviſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ordinationem ſive quamlibet aliam diſpoſitionem veſtram pertinens, canonicatu ut præfertur, & Præbenda cum dignitate, perſonatu adminiſtratione vel officio, etiamſi ex perſona plurium ſucceſſive vacaverint, pro uno computatis beneficio, quod præfata Comitiſſa *de Berlepſch* per ſe vel procuratorem ſuum infra menſem a die notæ ſibi vacationis duxerit acceptandum, eandem *Mariam Annam* Comitiſſam *de Berlepſch* prout ad vos ſpectat, ad illud eligatis, nominetis, præſentetis, ac ei illud conferatis, & aſſignetis atque etiam de eo provideatis, ponendo Eam in pacifica & quieta poſſeſſione, ſtallum in Choro & locum in Capitulo Ei aſſignando, cum plenitudine juris canonici & fructuum perceptione, qualibet contradictione ceſſante, Quo vero hæ preces noſtræ primariæ certiorem conſequantur effectum, nominamus & deputamus tenore præſentium Reverendiſſimum *Lotharium Franciſcum* Archiepiſcopum Moguntinum Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarium, Epiſcopum Bambergenſem, Principem Electorem & Nepotem noſtrum Chariſſimum, nec non Venerabilem *Franciſcum Arnoldum* electum Epiſcopum Paderbornenſem devotum nobis dilectum, & quemlibet eorum in ſolidum, qui præſentibus noſtris literis requiſitus fuerit, harum primariarum precum noſtrarum Executores, Eisdem ſimul & ſeorſim per præſentes expreſſe committentes & mandantes, ut ſi forte in contemptum & præiudi-

cium

Digitized by Google

cium jurium & conſuetudinum Romani Imperii ad parendum hujuſmodi primariis precibus noſtris, contumaces fueritis, tanquam executores a nobis deputati, ſub pœna gravis indignationis noſtræ, vos realiter, & cum effectu ad parendum juxta conſtitutiones Imperii moneat & compellat contumacia vero veſtra aut contemptu (quod abſit) per menſem continuum a die requiſitionis numerandum durante, Vos omnibus & ſingulis privilegiis, gratiis, libertatibus & donationibus a Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac a nobis & aliis prædeceſſoribus noſtris, vobis conceſſis eo ipſo privatas & noſtra tuitione exutas declaret, quæ & quas ex nunc, prout a die contumaciæ veſtræ, tenore præſentium revocamus, caſſamus & irrita eſſe volumus, & vos taliter contumaces a beneficiis Majeſtatis noſtræ reddimus alienas, prout etiam ex nunc, prout ex tunc privamus & a protectione noſtra excludimus. Harum teſtimonio Literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Datæ in civitate noſtra *Viennæ* die octava menſis Januarii Anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo ſexto. Regnorum noſtrorum Romani decimo ſexto, Hungarici decimo nono, Bohemici vero ſecundo.

JOSEPHUS.

Leopoldo Imperatori quinta Maii 1705. defuncto ſucceſſit filius *Joſephus* eodem die & anno, antea jam an. 1690. 24. Jan. Rex Romanorum electus, Obiit 17. Aprilis 1711.

LI.

INHIBITORIÆ CLEMENTIS XI. AD CAPITVLVM HILDESIENSE.

Clemens Papa XI. dilecti filii ſalutem &c. A Venerabili fratre *Julio*, Archiepiſcopo Rhodienſi, noſtro ad tractum Rheni nuncio, agnoviſſe vos arbitramur, nulla penes Cæſaream Majeſtatem reſidere ius dirigendi preces primarias, eoque minus ſub comminatione pœnarum, quarum vi precum poſſint commendati beneficium primo vacaturum, aut quod eis magis libuerit, in qualibet iſtarum partium eccleſia adſequi; cum tamen nihil tam a jure & a Canonicis ſanctionibus abhorreat, quam laicæ poteſtati fas eſſe, eccleſiæ præſules, vel illas, ad quos pertinet, incuſſo pœnarum timore, ad conferendas taliter a ſe commendatis eccleſiaſticas præbendas, aut alia ſacerdotia compellere. Quod ſane aſſertum ius, niſi forte Apoſtolica auctoritate ſit fultum, ut nullibi locum habere poteſt, ita peculiari quadam ratione obtinere nequit in Germaniæ partibus, ob nota ſatis concordata inter felicis recordationis, *Nicolaum V.* Pontificem, prædeceſſorem noſtrum, & claræ memoriæ *Fridericum III.* Imperatorem, inclytamque iſtam nationem, ſolenniter inita, in quibus nihil tam accurate ſancitum eſt, quam ne libertas electionum & collationum in menſibus tam adſignatis Capitulis, ac ordinariis collatoribus, quam ipſi Pontifici, eiusque ſucceſſoribus reſervatis, ullo unquam tempore læda-

lædatus; nulla tamen ibi aſſertorum imperialium jurium mentione facta, aut ratione habita, cum alioquin ſatis manifeſtum ſit, electionum aut collationum libertatem cum primariis precibus, quæ eam prorſus evertunt, conſiſtere non poſſe. Quod ſi idem *Fridericus*, &, qui ſubinde conſecuti ſunt, Imperatores ante tempora claræ item memoriæ *Leopoldi*, nuper defuncti, primarias preces direxerunt, id contigiſſe conſtat, quia illi omnes poſt ſui confirmationem a Rom. Pontifice obtentam, ſe muniri Apoſtolico indulto curarunt: quo quidem indulto, quoniam deſtitutus erat idem *Leopoldus*, factum eſt, ut primarias preces, a quibus ipſe non abſtinuit, admittere, & executioni demandare Epiſcoporum ac Præſulum, nec non Capitulorum Germaniæ non exigua, neque contemnenda pars, libertatis hujusmodi memor & acerrima cuſtos, detrectaverit. Quæ cum ita ſint, dilecti filii, commoveri nullo modo debetis, ſi quibus forte minacibus mandatis, aliisque nonnullorum opera excogitatis propoſitisque, ad extorquendum conſenſum veſtrum, mediis, perſentiatis, vos urgeri ad exequendas ſimiles preces vobis directas, quatenus is, qui per eas commendatur, obtineat, adhærentibus vobis, canonicatum iſtius eccleſiæ, cujus vacatio per obitum quondam *Ferdinandi Wilhelmi* in menſe nobis, vigore eorundem concordatorum, reſervato, contigiſſe dignoſcitur. Neque hic opus eſſe credimus vobis commemorare, quam vos deceat talem animum hac occaſione præferre, qualem in aſſerenda canonicarum electionum libertate multi

præſtantes eccleſiæ viri ac præſules, magna ſui nominis laude, præbuere; inſuper quam præſtet, in hujusmodi caſibus vim potius perpeti, quam, reclamante conſcientia, quicquam veluti ſponte admittere, cum certe ſatius ſit, præbendum, vobis invitis, vi occupari, quod tamen metuendum modo non videtur, quam per electionem, aut collationem utcunque nulliter factam, ſpeciem quandam ultronei aſſenſus præbere, cum intruſio commendati iuribus veſtræ eccleſiæ in poſterum minime abeſſe queat, non parum autem ea lædere poſſit, ſiquæ a vobis ejusdem perſonæ facta videatur electio, a qua non levia ſcandala orirentur, præſertim vero, ob deterrimum exemplum, quod aliis ſimilia admittendi his & futuris temporibus proponeretur, Accedit periculum, quod vi hujusmodi precum perperam electus incurreret, non faciendi fructus ſuos, ac irritandi omnes actus Capitulares, ac propterea adveniente caſu, ipſius etiam Epiſcopi electionem, quibus ipſe intereſſet, ac ſuffrageretur. Sed ubi hæc, non ſane prætereunda, omitterentur, quis veſtrum non intelligit, electionem, quam commendatus, ſeu ut vocant, preciſta, de ſe fieri a vobis poſtulat, eſſe hujusmodi, ut facultatis veſtræ terminos quam longe excedat; nam præterquam ſacrorum canonum ac etiam concordatorum diſpoſitioni adverſatur, ipſarum quoque Imperialium precum, ſi hæ attendi deberent, quæ ſecluſo Apoſtolico indulto non debent, tenorem prætergreditur; harum enim precum ſerie a vobis exquiritur, ut præbendam primo vacaturam, cuius diſpo-

diſpoſitio ad vos pertineat, ipſi commendato, conferatis. Verum cum eius, de qua agitur diſpoſitio, ad vacationem in menſe nobis reſervato, ſecutam ad nos manifeſte ſpectet, palam eſt, non licere vobis aliena, noſtra vero præſertim, attingere, neque huc referri poſſe preces, Imperiali diplomate contentas, ſerio ita perpendite, quibus finibus poteſtas veſtra coerceatur, ac fruſtra interim ad vos contendant, qui ingerere vobis curant lædendi Cæſaris metum, quo adigi non poſſunt, ecclefiæ viri ad deſerendam iuſtitiam, & ad prodendam veritatem. Neque enim id a vobis poſtulat, qua eſt æquitate, chariſſimus in Chriſto filius noſter, Joſephus, in Romanorum Imperatorem electus, imprimis autem cavete, ne quid attentetis adverſus oblatas vobis Apoſtolicæ proviſionis literas, quas favore dilecti filii, Hugonis Franciſci de Furſtenberg, expediri mandavimus, ne videamini velle noſtra, & Apoſtolicæ ſedis iura adgredi, quod quidem vos eccleſiæ pœnis longe gravioribus redderet obnoxios. Sed aliter prorſus de perſpecta nobis pietate veſtra ſentimus, immo vos curaturos eſſe confidimus, pontificiam vobis charitatem ampliori adhuc magis filialis veſtri ſtudii ſignificatione demereri. Apoſtolicam interim benedictionem vobis, dilecti filii peramanter impertimur. Datum *Romæ* &c. die 6. Martii, 1706.

Cum *Joſephus* Imp. absque Pontificis indulto preces primarias dediſſet ad Eccleſias, mox inſecutæ ſunt inhibitoriales *Clementis XI.* ſub nro LI, apposi-

poſitæ. Enatum hinc diſſidium ſacerdotium inter & Imperium nonniſi poſt obitum *Joſephi* plene ſopitum eſt. lege ſi lubet Breve *Clementis XI.* ſub nro dicto LI. & Indultum *Caroli VI.* ſub nro LIII. ejusdemque preces nro LIV.

Ex his ad oculum patet, quantum fallatur *Jacobus de Laderchio* presbiter Congregationis Oratorii, Continuator Annalium Eccleſiaſticorum *Baronii Tom. XXII. pag. 416. num. XIV.* ita ſcribens: Quare cum *Joſephus I.* Electus Romanorum Imperator præter vetuſtiſſimum prædeceſſorum morem, Apoſtolica ſede inconſulta, neque antea obtento, quod prædiximus, diplomate ad quædam Germaniæ Capitula nominationes ſuas direxiſſet, illaque obſtitiſſent, ubi tandem admonitus fuit & quod res erat intellexit, ſumma qua pollebat, pietate, Apoſtolicum ipſum indultum enixe petiit & obtinuit & deinde beneficia, quæ intra tempus ab eodem diplomate præſtitutum vacantia fuerunt, nemine Eccleſiaſticorum, eccleſiarumque Germanarum reluctante more majorum conferre liberrime potuit. Fallitur *M. de Pfeffel* conſeiller de la legation de France à Ratisbonne, dans l'Abrege de l'hiſtoire d'Allemagne ubi pag. 860. l'Empereur ſe brouille avec le Pape non ſeulement parce que le S. Pere avoit marque une forte de partialité en faveur de *Philippe V.* mais auſſi à cauſe d'une pretention nouvelle du S. Siege, qui ſoutenoit que l'Empereur ne pouvoit exercer le droit des premieres prieres, ſans le conſentement du Souverain Pontife. L'origine de cette pretention venoit de ceque *Frederic III.* avoit demandé le conſentement des Papes avant que de preſenter aucuns Préciſtes (c'eſt ainſi, qu'on appelle les beneficiers nommés en vertu des premieres prieres) Les ſucceſſeurs de Frederic III. ſuivirent ſon exemple jusqu' à Ferdinand III. qui ceſſa de ſolliciter des brefs, quand

la

la paix de Weſtphalie lui eut confirmé le droit des premieres prieres. Les oppoſitions que la cour de *Rome* y mit ſous Joſeph, ne l'empêcherent ni lui ni ſes Succeſſeurs d'exercer ce foible reſte de leur ancienne puiſſance.

LII.

DECLARATIO NVLLITATIS PRECVM PRIMARIARVM SACRO ROMANO IMPERIO VACANTE, A VICARIIS, SEV PROVISORIBVS IMPERIALIBVS EXPEDITARVM, ET QVARVMCVMQVE PROVISIONVM, EARVNDEM PRECVM VIGORE FACTARVM, SEV FACIENDARVM.

C*lemens* Papa XI. Ad futuram rei memoriam. Cum, ſicut accepimus, in præſenti ſac. Romani Imperii Interregno Vicariorum, ſeu Proviſorum Imperialium nuncupatorum nomine, nec non aſſertorum jurium illis competentium obtentu preces quædam, quas primarias vocant, quamplurium collegiatarum, & forſan etiam Cathedralium, ac Metropolitanarum Eccleſiarum Præſulibus, Capitulis, & Canonicis, aliisque diverſorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum tam ſæcularium, quam Regularium, in variis ejusdem S. R. I. ac potiſſimum Germaniæ inferioris partibus conſiſtentium Collatoribus, ſeu Collatricibus directæ, pro canonicatibus, & Præbendis Eccleſiarum hujusmodi, cæte-

cæterisve Beneficiis præfatis, nonniſi certis perſonis vigore earumdem precum commendatis; per eos, ad quos pertinet, conferendis, conceſſæ, expeditæ, ac præſentatæ, & forſam etiam aliquæ effectum ſuum ſortitæ fuerint; explorati vero juris ſit nemini fas eſſe absque hujus ſanctæ ſedis Indulto quempiam ad Canonicatus, & Præbendas, aliaque Beneficia hujusmodi ſic commendatis conferenda, compellere: ſatisque inſuper omnibus notum ſit quam enitis dudum, & pluries tam a Nobis ſive per diverſas Noſtras in ſimili forma Brevis literas, ſive alias, quam a Noſtris, & ejusdem ſedis Nunciis juſſo noſtro iteratis ordinationibus, & decretis, illasmet ſimiles primarias preces, quæ a cla. mem. Joſepho, dum viveret, Romanorum Rege in Imperatorem electo porrectæ, ſeu expeditæ fuerunt, utpote Apoſtolicæ auctoritatis munimine deſtitutas, nullatenus admittendas, ſed pænitus, & omnino reiiciendas, ac repellendas fuiſſe, & eſſe mandaverimus; & declaraverimus.

§. 1. Hinc eſt, quod Nos, qui jurium Eccleſiaſticorum aſſertores in terris a Domino conſtituti ſumus, ac proinde tam gravem Laicalis poteſtatis abuſum diſſimulare non poſſumus, libertatem, immunitatem, ac jurisdictionem Eccleſiaſticam, quantum Nobis ex alto conceditur, ſartam, tectamque, atque illibatam tueri, & conſervare cupientes, ac omnium, & ſingulorum, quæ in præmiſſis, ſeu eorum occaſione quovis modo acta, & geſta fuerunt, tenores, & datas ac circumſtantias

quas-

quaſcumque: perſonarum vero, a quibus illa, vel eorum aliquod reſpective emanarunt, qualitates, dignitates, nomina, & cognomina, & alia quæcunque, etiam ſpecificam & individuam mentionem, & expreſſionem requirentia, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & exacte ſpecificatis habentes: motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine: omnes, & ſingulas primarias preces ſupradictas, prætextu ejusdem S. R. I. aſſertorum vicarialium jurium, pro quorumvis Canonicatuum, & Præbendarum, aliorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſive ſæcularium, ſive Regularium, cujusvis ordinis, ſeu Inſtituti collatione, quibusvis Canonicatuum, & Præbendarum, aliorumque Beneficiorum hujusmodi collatoribus, ſeu collatricibus ad favorem quarumvis perſonarum hactenus quomodolibet porrectas, & præſentatas, ac (quod abſit) in poſterum porrigendas, & præſentandas, cum omnibus & ſingulis inde ſecutis, & quandocumque ſecuturis, penitus, & omnino illicitas, nullas, irritas, & invalidas, viribusque, & effectu vacuas, & de facto attentatas, nulliusque roboris & momenti fuiſſe, eſſe, & fore, nec ullatenus attendi debuiſſe, nec debere; ſed illas, perinde ac ſi nunquam factæ fuiſſent; vel emanaſſent, neque unquam fierent vel emanarent, pro non extantibus; vel non factis ſemper habendas eſſe; collationes inſuper, & proviſiones, aliasve quaslibet diſpoſitiones Canonicatuum, & Præbendarum, aliorumque Beneficiorum præfatorum in

vim precum hujuſmodi hactenus quovis modo forſan factas, & quas in futurum quomodolibet fieri contigerit, pari modo nullas, invalidas, inanes, & irritas, nulliusque roboris, & momenti fuiſſe, eſſe, & fore, nec ullum, etiam coloratum, illis, in quorum favorem factæ fuerunt, aut in poſterum fient, poſſidendi, aut retinendi titulum præbuiſſe, aut præbituras eſſe, neque Proviſos de Canonicatibus, & Præbendis, aliisque Beneficiis hujusmodi fructus, redditus, & proventus illorum ſuos feciſſe, aut quandocumque facturos eſſe, ſed ad illorum reſtitutionem omnino teneri, & obligatos exiſtere, & fore, tenore præſentium ſtatuimus, decernimus, & declaramus.

§. 2. Decernentes etiam easdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtant, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni, illis non conſenſerint, ſed ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque propter quas præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet etiam quantumvis magno

&

& ſubſtantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illos aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter & inconcuſſe obſervari; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque judices, ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & ſedis prædictæ Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros; ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non quibusvis, etiam juramento, confirmatione

Apo-

Digitized by Google

Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac uſibus, & ſtylis, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis Perſonis quibuslibet, etiam quacumque Eccleſiaſtica, vel mundana dignitate fulgentibus, & alias quomodolibet qualificatis, ac ſpecialem expreſſionem requirentibus, ſub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac conſiſtorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis.

§. 3. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut

ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quæ eisdem præſentibus adhiberetur, forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die tertia Octobris MDCCXI. Pontificatus noſtri Anno XI.

F. Oliverius.

Anno MDCCXIV. tandem controverſia tempore *Leopoldi* ratione indulti exorta & poſt obitum Joſephi primi usque producta fuit compoſita, prout liquet e litteris *Clementis XI.* Pontificis ad Capitula Eccleſiarum Cathedralium & Collegiatarum directis. die 3tia Martii.

LIII.

LITTERÆ CLEMENTIS XI. PP. AD CAPITVLA ECCLESIARVM GERMANIÆ PRO ADMITTENDIS PRECIBVS PRIMARIIS CAROLI VI. ET JOSEPHI I. IMPP.

Clemens PP. XI. Dilecti filii ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum jam benedicente Domino, difficultates illæ, propter quas dudum Imperiales Preces, quas primarias vocant, minime admittendas eſſe, ediximus, ſublata prorſus re-

manſerint, nullumque propterea Chariſſimo in Chriſto filio noſtro *Carolo* Romanorum Regi in Imperatorem electo Pontificiæ benevolentiæ argumentum deeſſe voluerimus, id totum dilecti filii vobis nunc notum, & perſpectum eſſe æquum ducimus; ſimulque vos admonere, ut eas Preces, quas de Cætero a dicto *Carolo* Rege ſive vobis ſive aliis quibusvis collatoribus ſeu collatricibus quorumcunque beneficiorum eccleſiaſticorum, per ſacrum Romanum Imperium ubilibet exiſtentium, pro beneficiorum hujusmodi, cum primum illa vacaverint, collatione ſervatis tamen reſtrictionibus & exceptionibus ſolitis facienda, porrigi ſeu exhiberi contigerit, omnino recipiendas, atque admittendas eſſe noſcatis. Præterea cum nobis innotuerit, etiam Chariſſimæ memoriæ Joſepho, dum Vixit, eorundem Romanorum Regi in Imperatorem electo, prædicti *Caroli* Regis Germano fratri animum non defuiſſe, ad rem totam explendam niſi immaturus illius obitus cuncta turbaſſet, adeoque per ipſum non ſtetiſſe, quo minus eædem difficultates penitus tollerentur, quemadmodum ex authenticis ad Nos allatis documentis liquido conſtitit. Idcirco etiam ſimiles primarias preces, ab eodem *Joſepho* Rege, dum viveret, expeditas, quæ vobis hactenus exhibita fuerint, ſeu impoſterum exhibebuntur, ſuum integrum, ac plenum effectum habere non abnuimus: citra illorum præjudicium, quos in poſſeſſione beneficiorum ſive a nobis, ſive a quibusvis ordinariis collatoribus, ſeu collatricibus collatorum, excluſis prorſus ac nullatenus ad illam ad-

miſſis

miſſis iis, in quorum favorem Preces prædictæ pro eisdem beneficiis a memorato *Joſepho* Rege expeditæ fuerunt, reperiri contigerit, quibus tamen, ſicut præmittitur, excluſis beneficia primo vacatura conferri debebunt. Hæc dum, vobis, dilecti filii ſignificamus minime veremur, quin illa pro filiali veſtro in Nos ſtudio debitæ executioni demandaturi ſitis, vobisque interim cæleſtium charismatum incrementa ex animo a Deo precamur, ac perpetuum paternæ charitatis noſtræ pignus apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur, volumus autem, ut præſentium literarum tranſſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis & ſigillo perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio & extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum *Romæ* apud *ſanctam Mariam* Majorem ſub annulo Piſcatoris die tertia Martii MDCC. XIV. Pontificatus noſtri anno decimo quarto.

F. Oliverius.

LIV.

PRECES CAROLI VI. IMP.

C*arolus VI.* divina favente clementia electus Romanorum Imperator Semper Auguſtus, ac Rex Germaniæ, Caſtellæ, Aragoniæ, Legionis,

utriusque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Gallitiæ, Majoricarum, Seviliæ, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Giennis, Algarbiæ, Algeziræ, Gibraltaris Inſularum Canariæ & Indiarum ac Terræ firmæ, Maris Oceani, Archi Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, Wirtenbergæ Superioris & inferioris Sileſiæ Calabriæ, Athenarum & Neo Patriæ, Princeps Sueviæ, Cataloniæ & Aſturiæ, Marchio ſacri Romani Imperii Burgoviæ, Moraviæ Superioris & inferioris Luſatiæ Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiæ & Artheſiæ, Landgravius Alſatiæ Marchio Oriſthani, Comes Goziani Namurci Roſſilionis & Ceritaniæ Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, Biscajæ, Molinæ, Salinarum Tripolis & Mechliniæ &c. Honorabilibus devotis, nobis dilectis N. Decano & Capitulo eccleſiæ collegiatæ *Sancti Petri Frideslariæ* gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum.

Etſi nos ad Romani Imperii faſtigium evectos, titulisque Auguſti, & regio diademate decoratos, ſumma ſemper ope niti decet, omnia ſacri Romani Imperii intemerata jura & conſuetudines Laudabiles conſervare, par eſt tamen, ut hoc diligentiori ſtudio præſtemus, ſi quando integritate vitæ & morum probitate, aliisque virtutibus inſignitos, meritis beneficiis & dignis honoribus afficiendos arbitra-

tramur; ſiquidem Imperatorum, Regumque ſublimitas & magnitudo nullo expreſſius officio Dei optimi Maximi ſimilitudinem referre poteſt, quam ſi pluribus benefecerit. Quare cum nobis ad Prædeceſſorum noſtrorum imitationem ex inveterata conſuetudine jus competat, Preces primarias ad omnes & ſingulos beneficiorum eccleſiaſticorum collatores & collatrices capitula, conventus, & collegia, ac perſonas alias, de illis quocunque modo diſponendi ius habentes, per univerſum Romanum Imperium conſtitutas porrigendi, dandi, concedendi, & decernendi pro perſonis Idoneis & nobis gratis, ad conſequendum beneficia eccleſiaſtica, cum cura & ſine cura, tam ſecularia quam regularia, etiamſi canonicatus & Præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes vel officia fuerint in collegiata, Cathedrali vel Metropolitana eccleſia, etiamſi ad ea conſueverint, qui per electionem aſſumi, ad collatorum, collatricum, Capitulorum, collegiorum ſive conventuum, ac perſonarum prædictarum collationem, proviſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ſeu quamlibet aliam ordinationem coniunctim vel diviſim ſpectantia (canonicatu nihilominus & præbenda cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione vel officio, etiam ex perſona plurium ſucceſſive vacantibus pro uno computatis beneficio.) Idcirco Romani Imperii jura & conſuetudines, ut tenemur, proſequi & Prædeceſſorum veſtigiis inhærere volentes, imprimis eum, qui a divæ memoriæ Auguſtiſſimo Romanorum Imperatore *Joſepho* Fratre noſtro chariſ-

ſimo vigore primariarum Precum ad ejusmodi beneficium vobis præſentatus, ejusdemque poſſeſſionem juris aut facti ſive ſolus, ſive una cum alio, quem vel ſumus Pontifex aut alius quiscumque demum collator nominaſſet, adeptus fuit, in illa manu teneri, alterique hoc in caſu de alio ejusmodi beneficio in eccleſia veſtra poſthac provideri, quod ſi vero Preciſta, alio ad poſſeſſionem admiſſo, ab eadem penitus excluſus fuiſſet, vel primarias preces modo dicti Auguſtiſſimi quondam Imperatoris *Joſephi* adhuc vobis exhiberet, eundem preciſtam ad beneficium, quod proxime vacaverit, admitti cupimus, omnique modo curabimus, deinde etiam primarias preces noſtras pro noſtro & ſacri Romani Imperii fidele dilecto *Philippo Ferdinando ab Imhoff* ad vos porreximus, dedimus, conceſſimus & decrevimus, ac per præſentes porrigimus, damus, concedimus & decernimus, vos adhortantes, & pro conſervatione jurium & conſuetudinum Romani Imperii expreſſe requirentes, ut beneficium eccleſiaſticum tam regulare quam ſeculare cum cura vel ſine cura, etiamſi canonicatus & præbenda, dignitas, perſonatus, adminiſtratio vel officium fuerit, etiamſi ad illud conſueverint qui per electionem aſſumi in Metropolitana, Cathedrali vel collegiata eccleſia, quod ad præſens ſive proxime quomodolibet ſimul vel ſucceſſive in quocumque menſe per obitum, deceſſum, vel reſignationem alicujus vacare contigerit, ad collationem, proviſionem electionem, nominationem, præſentationem ordinationem, ſive quamlibet ali-

am

am diſpoſitionem veſtram pertinens, canonicatu ut præfertur, & præbenda cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione vel officio etiamſi ex perſona plurium ſucceſſive vacaverint, pro uno computatis beneficio, quod præfatus *Philippus Ferdinandus ab Jmhoff* per ſe vel procuratorem ſuum infra menſem a die notæ ſibi vacationis duxerit acceptandum eundem *Philippum Ferdinandum ab Imhoff*, prout ad vos ſpectat, ad illud eligatis, nominetis, præſentetis, ac ei illud conferatis & aſſignetis, atque etiam de eo provideatis, ponendo eum in pacifica & quieta poſſeſſione ſtallum in Choro & locum in Capitulo ei aſſignando cum plenitudine juris canonici & fructuum perceptione qualibet contradictione ceſſante. Quo vero hæ Preces noſtræ primariæ certiorem conſequantur effectum, volumus non modo, ut de eo intra menſem a die debitæ ac plenariæ executionis computandum, literis veſtris Nos diſtincte edoceatis, verum etiam nominamus & deputamus tenore præſentium Reverendiſſimum *Lotharium Franciſcum* Archiepiſcopum Moguntinum, ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarium, Epiſcopum Bambergenſem principem Electorem, Nepotem & conſiliarium noſtrum chariſſimum nec non venerabilem *Joannem Philippum* Epiſcopum Herbipolenſem ducem Franciæ Orientalis, Principem devotum, nobis dilectum & quemlibet eorum inſolidum, qui præſentibus noſtris literis requiſitus fuerit harum primariarum Precum noſtrarum executores, eiſdem ſimul & ſeorſim per præſentes expreſſe committen-

tes & mandantes, ut ſi forte in contemptum & præjudicium jurium & conſuetudinum Romani imperii ad parendum hujusmodi primariis precibus noſtris contumaces fueritis, tanquam executores a nobis deputati, ſub pœna gravis indignationis noſtræ, vos realiter & cum effectu ad parendum, juxta conſtitutiones Imperii moneat & compellat, contumacia vero veſtra, aut contemptu (quod abſit) per menſem continuum a die requiſitionis numerandum durante, vos omnibus & ſingulis privilegiis, gratiis, libertatibus & donationibus a Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac a nobis & aliis prædeceſſoribus noſtris vobis conceſſis eo ipſo privatos, & noſtra tuitione exutos declaret, quæ & quas, ex nunc prout a die contumaciæ veſtræ tenore præſentium revocamus, caſſamus & irrita eſſe volumus, & vos taliter contumaces a beneficiis Majeſtatis noſtræ reddimus alienos, prout etiam ex nunc prout ex tunc privamus & a protectione noſtra excludimus. Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum & ſigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum quæ dabantur in civitate noſtra Viennæ die nona Menſis Januarii Anno Milleſimo ſeptingenteſimo decimo quinto, Regnorum noſtrorum Romani quarto, Hiſpanicorum duodecimo, Hungarici & Bohem. vero pariter quarto.

CAROLVS.

Vt. Frid. Carl. de Schönborn

Ad mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium.

Petrus Joſephus Dolberg.

Digitized by Google

Carolus VI. Imperii ſolium conſcendit 22. Oct. 1711. viam univerſæ carnis ingreſſus eſt 20. Oct. 1740.

LV.

PRECES CAROLI VII. IMPERATORIS.

Carolus ſeptimus Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator Semper Auguſtus, ac Germaniæ & Bohemiæ Rex utriusque Bavariæ & Superioris Palatinatus Dux, Comes Palatinus Rheni, Archidux Auſtriæ, Landgravius Leuchtenbergæ &c. &c. Honorabilibus devotis nobis dilectis N. Decano & Capitulo Collegiatæ Eccleſiæ *Sancti Joannis* Moguntiæ gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum. Etſi Nos ad Romani Imperii faſtigium evectos titulisque Auguſti & regio diademate decoratos ſumma ſemper ope niti decet, omnia ſacri Romani Imperii intemerata jura & conſuetudines laudabiles conſervare, par eſt tamen, ut hoc diligentiori ſtudio præſtemus, ſi quando integritate vitæ & morum probitate aliisque virtutibus inſignitos meritis beneficiis & dignis honoribus afficiendos arbitramur; ſiquidem Imperatorum Regumque ſublimitas & magnitudo nullo expreſſius Officio Dei Optimi Maximi ſimilitudinem referre poteſt, quam ſi pluribus benefecerit. Quare cum Nobis ad prædeceſſorum noſtrorum imitationem ex inveterata conſuetudine etiam Apo-

ſtolica authoritate a Sancta ſede & a Sanctiſſimo in Chriſto Patre Domino *Benedicto XIV.* ſanctæ Romanæ ac Univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifice roborata, jus competat preces primarias ad omnes & ſingulos beneficiorum Eccleſiaſticorum Collatores & Collatrices Capitula Conventus & Collegia ac perſonas alias de illis quocumque modo diſponendi jus habentes per univerſum Romanum Imperium conſtitutas porrigendi, dandi concedendi & decernendi pro perſonis idoneis & Nobis gratis ad conſequendum beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura tam ſæcularia quam regularia, etiamſi Canonicatus & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes vel Officia fuerint in Collegiata Cathedrali vel Metropolitana Eccleſia, etiamſi ad ea conſueverint, qui per electionem aſſumi ad collatorum, collatricum, Capitulorum, Collegiorum, ſive conventuum ac perſonarum prædictarum collationem, proviſionem, electionem, nominationem, præſentationem ſive quamlibet aliam ordinationem conjunctim vel diviſim ſpectantia (canonicatu nihilominus & præbenda cum Dignitate perſonatu adminiſtratione vel officio etiam ex perſona plurium ſucceſſive vacantibus pro uno computatis beneficio) Idcirco Romani Imperii jura & conſuetudines (ut tenemur) proſequi & prædeceſſorum veſtigiis inhærere volentes, Primarias preces noſtras pro devoto Nobis dilecto *Franciſco Ferdinando Bingemer* ad vos porreximus, dedimus, conceſſimus & decrevimus ac per præſentes porrigimus, damus, concedimus & decernimus, vos adhor-

tan-

tantes & pro conſervatione jurium & conſuetudinum Romani Imperii expreſſe requirentes, ut beneficium eccleſiaſticum tam regulare quam ſæculare cum cura vel ſine cura etiamſi Canonicatus & præbenda dignitas, perſonatus, adminiſtratio vel officium fuerit, etiamſi ad illud conſueverint, qui per electionem aſſumi, in Collegiata Eccleſia veſtra, quod ad præſens ſive proxime quomodolibet ſimul vel ſucceſſivè in quocunque menſe per obitum deceſſum vel reſignationem alicujus vacare contigerit, ad collationem, proviſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ordinationem ſive quamlibet aliam diſpoſitionem veſtram pertinens, Canonicatu ut præfertur & præbenda cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione vel officio etiamſi ex perſona plurium ſucceſſive vacaverint, pro uno computatis beneficio, quod præfatus *Franciſcus Ferdinandus Bingemer* per ſe vel procuratorem ſuum infra menſem a die notæ ſibi vacationis duxerit acceptandum, eundemque *Bingemer* prout ad vos ſpectat, ad illud eligatis, nominetis, præſentetis ac ei illud conferatis & aſſignetis atque etiam de eo provideatis ponendo eum in pacifica & quieta poſſeſſione, Stallum in Choro & locum in Capitulo ei aſſignando cum plenitudine juris Canonici & fructuum perceptione qualibet contradictione ceſſante, quo vero hæ preces noſtræ primariæ etiam ſupradicta Authoritate Apoſtolica roboratæ certiorem conſequantur effectum, volumus non modo, ut de eo intra menſem a die debitæ ac plenariæ executionis computandum, lit-

teris

teris veſtris Nos diſtincte edoceatis, verum etiam nominamus & deputamus tenore præſentium Reverendiſſimum *Philippum Carolum* Archi Epiſcopum Moguntinum ſacri Romani Imperii per Germaniam Archi Cancellarium Principem Electorem & Nepotem noſtrum Chariſſimum, nec non Reverendiſſimum *Franciſcum Georgium* Archi Epiſcopum Trevirenſem, ſacri Romani Imperii per Galliam & Regnum Arelatenſe Archi Cancellarium Epiſcopum Wormatienſem & Præpoſitum Elwangenſem Principem Electorem & Nepotem noſtrum Chariſſimum qua Epiſcopum Wormatienſem & quemlibet eorum in ſolidum, qui præſentibus noſtris literis requiſitus fuerit, harum primariarum Precum noſtrarum executores eisdem ſimul & ſeorſim per præſentes expreſſe committentes & mandantes, ut ſi forte in contemptum & præjudicium jurium & conſuetudinum Romani Imperii ad parendum hujusmodi primariis precibus noſtris contumaces fueritis, tanquam Executores a Nobis deputati ſub pœna gravis indignationis noſtræ vos realiter & cum effectu ad parendum per omnes juris vias moneant & compellant, contumacia vero veſtra aut contemptu (quod abſit) per menſem continuum a die requiſitionis numerandum durante, vos omnibus & ſingulis privilegiis, gratiis, libertatibus & donationibus a Romanorum Imperatoribus & Regibus ac a Nobis & aliis Prædeceſſoribus Noſtris vobis conceſſis eo ipſo privatos & noſtra tuitione exutos declarent, quæ & quas ex nunc prout a die contumaciæ veſtræ tenore præſentium revocamus

caſſa-

caſſamus & irrita eſſe volumus & vos taliter contumaces a beneficiis Majeſtatis noſtræ reddimus alienos, prout etiam ex nunc prout ex tunc privamus & a protectione Noſtra excludimus, Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum & ſigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum, quæ dabantur *Francofurti ad Mœnum* die vigeſima ſeptima Septembris Anno Domini Milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo ſecundo, Regnorum noſtrorum Romani & Bohemiæ primo.

CAROLVS.

Ad mandatum Sac. Cæſ. Majeſtatis proprium.

Chriſtianus Teuber mpp.

Carolus VII. Imp. eligitur 24. Januarii 1742. & ſubſequente mox die duo decima Februarii inauguratur, e vita migrat 20. Januarii 1745.

LVI.

PRECES FRANCISCI IMP.

Nos *Franciſcus* divina favente clementia electus Romanorum Imperator Semper Auguſtus, ac Germaniæ & Hieroſolymarum Rex, Dux Lotharingiæ, Barri, & Magnus Hetruriæ: Dux Calabriæ, Geldriæ, Montis ferrati, in Sileſia Teſchenæ, princeps Carolopolis, Marchio Muſſiponti, & Nomenei,

Digitized by Google

nei, Comes provinciæ, Valdemontis, Albemontis, Zutphaniæ, Saarwerdenæ, Salmæ, Falckenſteinei &c. &c. Honorabilibus devotis nobis dilectis N. Decano & capitulo *Eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ* gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum. Etſi Nos ad Romani Imperii faſtigium evectos, titulisque Auguſti & Regio diademate decoratos, ſumma ſemper ope niti decet, omnia ſacri Romani Imperii intemerata jura & conſuetudines laudabiles conſervare; par eſt tamen, ut hoc diligentiori ſtudio præſtemus, ſi quando integritate vitæ, & morum probitate, aliisque virtutibus inſignitos, meritis beneficiis & dignis honoribus afficiendos arbitramur, ſiquidem Imperatorum Regumque ſublimitas, & magnitudo nullo expreſſius officio DEI Optimi Maximi ſimilitudinem referre poteſt, quam ſi pluribus benefecerit; Quare cum nobis ad prædeceſſorum noſtrorum imitationem ex inveterata conſuetudine jus competat preces primarias ad omnes & ſingulos beneficiorum Eccleſiaſticorum collatores & collatrices, capitula, conventus & collegia ac perſonas alias de illis quocunque modo diſponendi jus habentes per univerſum Romanum Imperium conſtitutas porrigendi, dandi, concedendi, & decernendi pro perſonis idoneis & nobis gratis, ad conſequendum beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura, tam Sæcularia, quam regularia etiamſi canonicatus & Præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes vel officia fuerint, in collegiata Cathedrali vel Metropolitana Eccleſia etiamſi ad ea conſueverint, qui per ele-

ctionem

ctionem aſſumi ad collatorum, collatricum, capitulorum, collegiorum ſive conventuum, ac perſonarum prædictarum collationem, proviſionem, electionem, nominationem, præſentationem ſeu quamlibet aliam ordinationem conjunctim vel diviſim ſpectantia (canonicatu nihilominus & Præbenda, cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione vel officio, etiam ex perſona plurium ſucceſſive vacantibus pro uno computatis beneficio.) Idcirco Romani Imperii jura, & conſuetudines (ut tenemur) proſequi & prædeceſſorum veſtigiis inhærere volentes, primarias preces noſtras pro Illuſtri ac Magnifico noſtro ſacrique Imperii fideli dilecto *Philippo Carolo* Sacri Romani Imperii *Comite ab Oſtein*, ad vos porreximus, dedimus, conceſſimus, & decrevimus, ac per præſentes porrigimus, damus concedimus & decernimus, vos adhortantes & pro conſervatione jurium & conſuetudinum Romani Imperii expreſſe requirentes, ut beneficium eccleſiaſticum tam regulare, quam ſæculare, cum cura vel ſine cura, etiamſi canonicatus & Præbenda dignitas, perſonatus, adminiſtratio vel officium fuerit, etiamſi ad illud conſueverint, qui per electionem aſſumi, in Metropolitana Eccleſia veſtra, quod ad præſens ſive proxime, quomodolibet ſimul vel ſucceſſive in quocunque menſe per obitum, deceſſum vel reſignationem alicujus vacare contigerit, ad collationem, proviſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ordinationem ſive quamlibet aliam diſpoſitionem veſtram pertinens, Canonicatu, ut præfertur, & præbenda

da cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione vel officio, etiamſi ex perſona plurium ſucceſſive vacaverint, pro uno computatis beneficio, quod Præfatus *Philippus Carolus* ſacri Romani Imperii *Comes ab Oſtein* per ſe vel procuratorem ſuum infra menſem a die notæ ſibi vacationis duxerit acceptandum, eundem ſacri Romani Imperii *Comitem ab Oſtein*, prout ad vos ſpectat, ad illud eligatis, nominetis, præſentetis ac ei illud conferatis & aſſignetis, atque etiam de eo provideatis, ponendo eum in pacifica & quieta poſſeſſione, ſtallum in choro & locum in capitulo ei aſſignando cum plenitudine juris canonici & fructuum perceptione qualibet contradictione ceſſante. Quo vero hæ preces noſtræ primariæ certiorem conſequantur effectum, volumus non modo, ut de eo intra menſem a die debitæ ac plenariæ executionis computandum literis veſtris nos diſtincte edoceatis verum etiam nominamus & deputamus tenore præſentium Reverendiſſimum *Joannem Fridericum Carolum* Archiepiſcopum Moguntinum ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarium, Principem Electorem, & Nepotem noſtrum Chariſſimum, nec non Reverendiſſimum & Sereniſſimum *Clementem Auguſtum* Archiepiſcopum Colonienſem Sacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarium, Adminiſtratorem Magni Magiſtratus in Boruſſia, Magiſtrum ordinis Teutonici per Germaniam & Italiam Epiſcopum Paderbornenſem, Monaſterienſem, Hildeſienſem & Osnabrugenſem, utriusque Bavariæ

&

& Superioris Palatinatus Ducem, Comitem Palatinum Rheni, Landgravium Leuchtenbergæ, Principem Electorem & conſobrinum noſtrum chariſſimum qua Archiepiſcopum colonienſem & quemlibet eorum inſolidum, qui præſentibus noſtris literis requiſitus fuerit, harum primariarum precum noſtrarum executores, eisdem ſimul & ſeorſim per præſentes expreſſe committentes & mandantes, ut ſi forte contemptum & præjudicium jurium & conſuetudinum Romani Imperii ad parendum hujusmodi primariis precibus noſtris contumaces fueritis, tanquam executores a nobis deputati ſub pœna gravis indignationis noſtræ vos realiter & cum effectu ad parendum juxta conſtitutiones Imperii moneant & compellant, contumacia vero veſtra aut contemptu (quod abſit) per menſem continuum a die requiſitionis numerandum durante, vos omnibus & ſingulis privilegiis, gratiis libertatibus & donationibus a Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac a nobis & aliis prædeceſſoribus noſtris vobis conceſſis & ipſo privatos & noſtra tuitione exutos declarent, quæ & quas ex nunc prout a die contumaciæ veſtræ tenore præſentium revocamus, caſſamus, & irrita eſſe volumus & vos totaliter contumaces a beneficiis Majeſtatis noſtræ reddimus alienos, prout etiam ex nunc prout ex tunc privamus & a protectione noſtra excludimus. Harum teſtimonio Litterarum manu noſtra ſubſcriptarum & ſigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum, Quæ dabantur *Viennæ* die octava menſis De-

cembris, Anno Domini Milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo ſexto, Regni noſtri ſecundo.

FRANCISCVS.

Franciſcus I. Imp. eligitur 13. Sept. 1745. & die 4. Octobris coronatur. 18. Aug. 1765. diem ſupremum obit.

LVII.

LITTERÆ FRANCISCI IMP. AD ARCHI EPISCOPVM MOG. IN CAVSA PRECVM.

F*ranciſcus* Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

Reverendiſſime Princeps, Elector & Nepos Chariſſime! Relatum nobis fuit Archi Epiſcopum Laodicenſem *Coloniæ* pro tempore Nuntium Apoſtolicum in litteris ſuis ad Capitula Germaniæ de vigeſima ſecunda nuperi menſis Decembris aſſerere non vereri, ſummum Pontificem *preces* ſic dictas *primarias* nobis contuliſſe.

Non potuit eundem latere, jus mox dictarum precum tanquam per antiquam Imperatorum prærogativam per ipſos noſtros in imperio prædeceſſores abſque alia conceſſione ad nos delatum fuiſſe, neque is ignorare poteſt aut debet, qua ratione mentem noſtram erga ſummum Pontificem deſuper ex-

Digitized by Google

explicaverimus, quem uti pro ſua in ſervandis pactis religione a tali aſſerto longe alienum eſſe ſperamus ita & Dilectionem veſtram hiſce benigne requirimus Capitulis Archi Epiſcopatus Divina providentia eidem concrediti ad quæ ſupradictæ litteræ pervenerunt, ſerjam hanc noſtram inhibitionem eum in finem quam primum intimare curare, ut litteras præfati Nuntii Colonienſis nulla ratione agnoſcant proindeque nec expetitum deſuper reſponſum eidem præſtent, quod a perſpecto Dilectionis veſtræ pro juribus Sacri Romani Imperii zelo ſuoque erga Nos fidei obſequiique ſtudio præſtolantes benevolentiæ noſtræ Cæſareæ affectum eidem cumulatiſſime confirmamus. Datum *Viennæ* die vigeſima ſeptima Januarii Anno Milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo ſeptimo Regni noſtri ſecundo.

Dilectionis veſtræ benevolus
Amicus
FRANCISCVS.

Vt R. Comes Colloredo.

Paulus Antonius Gundl.

Inſcriptio:

Reverendiſſimo *Joanni Friderico Carolo* Archi Epiſcopo Moguntino Sacri Romani Imperii per Germaniam Archi Cancellario Principi, Electori & Nepoti noſtro Chariſſimo.

Franciſco I. Imp. ſucceſſit *Joſephus II.* 18. Aug. 1765. anno 1764. die 27. Martii Rex Romanorum electus, 3. Apr. coronatus.

Digitized by Google

LVIII.

LITTERÆ CLEMENTIS XIII. PP. AD CAPITVLA GERMANIÆ PRO ADMITTENDIS PRECIBVS JOSEPHI II. IMP.

Dilectis filiis Capitulis & Canonicis quarumcunque Cathedralium etiam Metropolitanarum & Collegiatarum Eccleſiarum per ſacrum Romanum Imperium ubilibet exiſtentium.

CLEMENS XIII.

Dilecti filii ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum difficultates illæ, quæ alias circa Preces, quas primarias vocant, ſubortæ fuerant, locum in præſens, benedicente Domino, non obtinuerint, nullumque propterea Chariſſimo in Chriſto filio noſtro *Joſepho* Romanorum Regi in Imperatorem electo Pontificiæ noſtræ benevolentiæ argumentum deeſſe velimus, id Vobis nunc notum & perſpectum, dilecti filii, eſſe æquum ducimus, ſimulque Vos admonere, ut eas preces, quas de Cætero a dicto *Joſepho* Rege ſive Vobis ſive aliis quibusvis Collatoribus ſeu Collatricibus quorumcunque beneficiorum Eccleſiaſticorum per ſacrum Romanum Imperium ubilibet exiſtentium pro beneficiorum hujusmodi, cum primum illa vacaverint, collatione, ſervatis tamen reſtrictionibus & exceptionibus ſolitis, facienda, porrigi ſeu exhiberi contigerit, omnino recipiendas & admittendas eſſe noſcatis. Hæc dum Vobis, dilecti Filii ſignificamus, minime veremur,

remur, quin illas pro filiali veſtro in Nos ſtudio debitæ executioni demandaturi ſitis; Vobisque interim Cœleſtium Chariſmatum incrementa ex animo a Deo precamur ac perpetuum Paternæ Charitatis noſtræ pignus, Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur. Volumus autem, ut præſentium literarum tranſumptis ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio & extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum *Romæ* apud *S. Mar. Majorem* ſub Annulo Piſcatoris die XI. Junii MDCCLXVI. Pontificatus noſtri Anno octavo.

N. Card. Antonellus.

LIX.

PRECES JOSEPHI II. IMP.

Nos *Joſephus* Secundus divina favente clementia Electus Romanorum Imperator Semper Auguſtus, ac Germaniæ & Hieroſolymarum Rex Corregens, & Hæres Regnorum Hungariæ Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Slavoniæ &c. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ, Magnus Dux Hetruriæ, Magnus Princeps Tranſylvaniæ, Marchio Moraviæ, Dux Brabantiæ Limburgi, Lucemburgi, Gel-

driæ, Würtembergæ, Superioris & inferioris Sileſiæ, Mediolani, Mantuæ, Parmæ, Placentiæ, & Guaſtallæ, Calabriæ, Barri, Montisferrati, Teſchinæ, Princeps Sueviæ, & Carolopolis, Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Hannoniæ, Kyburgi, Goritiæ, & Gradiſcæ, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ, ſuperioris & inferioris Luſatiæ, Muſſiponti, & Nomenei, Comes Namurci, Provinciæ, Valdemontis, Albimontis Zutphaniæ Saarwerdæ, Salmæ & Falckenſteinii, Dominus Marchiæ Sclavonicæ & Mechliniæ &c. &c. Honorabilibus devotis nobis dilectis N. Decano & Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ *Beatæ Mariæ Virginis ad Gradus* Moguntiæ gratiam noſtram Cæſaream, & omne bonum. Etſi Nos ad Romani Imperii faſtigium evectos, titulisque Auguſti, & Regio diademate decoratos ſumma ſemper ope niti decet, omnia ſacri Romani Imperii intemerata jura, & conſuetudines laudabiles conſervare, par eſt tamen, ut hoc diligentiori ſtudio præſtemus, ſi quando integritate vitæ, & morum probitate, aliisque virtutibus inſignitos meritis, beneficiis, & dignis honoribus afficiendos arbitramur, ſiquidem Imperatorum Regumque ſublimitas, & magnitudo nullo expreſſius officio DEI Optimi Maximi ſimilitudinem referre poteſt, quam ſi pluribus benefecerit, Quare cum nobis ad prædeceſſorum noſtrorum imitationem ex inveterata conſuetudine jus competat, Preces Primarias ad omnes & ſingulos beneficiorum Eccleſiaſticorum Collatores & Collatrices Capitula, conventus, & Collegia ac perſo-

nas

nas alias de illis quocunque modo diſponendi jus habentes, per univerſum Romanum Imperium conſtitutas porrigendi, dandi, concedendi, & decernendi, pro perſonis idoneis, & Nobis gratis ad conſequendum beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura tam ſecularia quam regularia, etiamſi Canonicatus, & Præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia fuerint in Collegiata, Cathedrali vel Metropolitana Eccleſia, etiamſi ad ea conſueverint, qui per electionem aſſumi ad Collatorum Collatricum, Capitulorum, Collegiorum, ſive conventuum ac perſonarum prædictarum collationem, Proviſionem, Electionem, Nominationem, præſentationem, ſeu quamlibet aliam ordinationem conſumtim vel diviſim ſpectantia (Canonicatu nihilominus, & Præbenda cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione vel officio etiam ex perſona plurium ſucceſſive vacantibus pro uno computatis beneficio) Idcirco Romani Imperii jura & conſuetudines (ut tenemur) proſequi & prædeceſſorum veſtigiis inhærere volentes, Primarias Preces Noſtras, pro *Bernardo Sebaſtiano Horn* ad vos porreximus, dedimus, conceſſimus, & decrevimus ac per præſentes porrigimus, damus, concedimus, & decernimus, vos adhortantes, & pro conſervatione jurium, & conſuetudinum Romani Imperii expreſſe requirentes, ut beneficium Eccleſiaſticum tam regulare, quam ſeculare cum cura vel ſine cura, etiamſi Canonicatus, & Præbenda, dignitas, perſonatus adminiſtratio vel officium fuerit etiamſi ad illud conſueverint qui per

Electionem aſſumi in Collegiata Eccleſia veſtra, quod ad præſens ſive proxime quomodolibet ſimul vel ſucceſſive in quocunque menſe per obitum, deceſſum, vel reſignationem alicujus vacare contigerit ad collationem, proviſionem, Electionem, Nominationem, Præſentationem, ordinationem ſive quamlibet aliam diſpoſitionem veſtram pertinens, Canonicatu (ut præfertur) & Præbenda cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione vel officio etiamſi ex perſona plurium ſucceſſive vacaverint, pro uno computatis beneficio quod præfatus *Bernardus Sebaſtianus Horn* per ſe vel procuratorem ſuum infra menſem a die notæ ſibi vacationis duxerit acceptandum eundem *Horn* prout ad vos ſpectat, ad illud eligatis, nominetis, præſentetis, ac ei illud conferatis & aſſignetis, atque etiam de eo provideatis, ponendo eum in pacifica & quieta poſſeſſione, ſtallum in Choro & locum in Capitulo ei aſſignando cum plenitudine juris Canonici, & fructuum perceptione, qualibet contradictione ceſſante, Quo vero hæ Preces Noſtræ Primariæ certiorem conſequantur effectum, volumus non modo ut de eo intra menſem a die debitæ ac plenariæ Executionis computandum literis veſtris Nos diſtincte edoceatis, verum etiam nominamus, & deputamus tenore præſentium Reverendiſſimum *Emericum Joſephum* Archiepiſcopum Moguntinum Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarium Principem Electorem & Nepotem noſtrum Chariſſimum, nec non Reverendiſſimum *Joannem Philippum* Archiepiſcopum Trevirenſem Sacri Romani

mani Imperii per Galliam, & Regnum Arelatenſe Archicancellarium Epiſcopum Wormatienſem Principem Electorem, & Nepotem noſtrum Chariſſimum qua Epiſcopum Wormatienſem, & quemlibet eorum inſolidum, qui præſentibus noſtris literis requiſitus fuerit, harum Primariarum Precum noſtrarum Executores eisdem ſimul, & ſeorſim per præſentes expreſſe committentes, & mandantes, ut ſi forte in contemptum & præjudicium jurium, & conſuetudinum Romani Imperii ad parendum hujusmodi Primariis Precibus noſtris contumaces fueritis, tanquam Executores a Nobis deputati ſub pœna gravis indignationis Noſtræ vos realiter & cum effectu ad parendum juxta conſtitutiones Imperii moneant, & compellant, contumacia vero veſtra aut contemptu (quod abſit) per menſem continuum a die requiſitionis numerandum durante, vos omnibus & ſingulis privilegiis, gratiis, libertatibus & donationibus a Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac a Nobis, & aliis prædeceſſoribus Noſtris vobis conceſſis eo ipſo privatos, & Noſtra tuitione exutos declarent, quæ & quas ex nunc prout a die contumaciæ veſtræ tenore præſentium revocamus, caſſamus, ac irrita eſſe volumus & vos taliter contumaces a beneficiis Majeſtatis noſtræ reddimus alienos, prout etiam ex nunc prout ex tunc privamus, & a protectione noſtra excludimus. Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum, quæ dabantur *Viennæ* die decima ſexta menſis Auguſti Anno Domini milleſi-

mo ſeptingenteſimo ſexageſimo ſexto Regni noſtri Tertio.

JOSEPHVS.

LX.

BVLLA EVGENII IV. PP. QVA THEODERICO ARCHIEP. MOG. EIVSQVE SVCCESSORIBVS CONCEDITVR FACVLTAS DECLARANDI DECRETA CONCILII BASILEENSIS ACCEPTATA ET SVPER IIS DANDI TESTIMONIALES.

E*ugenius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili Fratri noſtro *Theoderico* Archi Epiſcopo Maguntino ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Tue fraternitatis ſinceritas quam ad Nos & ſedem Apoſtolicam habere dinoſceris & nuper operum ab effectu dum per Oratores tuos te ſub obedientia & devotione noſtra, firmiter ſtare & permanere velle alios ad ſimilia facienda per hoc alliciendo quamvis de illa nunquam dubii fuerimus declaraſti promeretur ut peticiones tuas hiis preſertim per quas concordata & inita inter Nos Cariſſimum in Chriſto filium noſtrum *Fridericum* Romanorum Regem illuſtrem te Principes & Prelatos plures nationis Germanie manuteneantur ne ſuper illis difficultates inter contendentes oriantur ad exauditionis gratiam admittamus. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita peticio continebat quod licet nos nuper

per ſuper acceptatione certorum decretorum *) per Dive memorie *Albertum* Regem Romanorum illuſtrem te & alios Principes Electores illisque adherentes acceptatorum ac illorum qui in vim illorum quicquam conſecuti ſunt nec non pacificatione poſſeſſorum ad certam cum eisdem concordiam prout in diverſis aliis litteris noſtris, quarum tenores preſentibus ac ſi de verbo ad verbum hic inſerte forent devenerimus, nichilominus quia proviſio circa illa in genere loquitur nec poterant omnes quorum inter eſt ſpecificari cupis tales in tuis provincia Civitate & dioceſi Maguntinenſi ſpecificare ac de illis atteſtari nec non ubi petitum ſeu opus viſum fuerit declarationes facere poſſe tempore procedente. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum ut tibi ſuper hiis oportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur Nos igitur qui tales quorum intereſt ad preſens ſpecificare non valemus ſupplicationibus tuis hujusmodi inclinati tibi quotiens opus fuerit ſuper acceptatione decretorum ac poſſeſſorum pacificatione juxta concordiam prefatam litteras tuas teſtimoniales tuo ac dilectorum filiorum Decani & Scolaſtici Majoris ac ſancti Petri extra & beate Marie ad Gradus intra muros Maguntinenſium eccleſiarum Prepoſitos pro tempore exiſtentes appenſis ſigillis ſigillatas & per Notarium publicum ſubſcriptas dandi concedendi & an ſub concordia & Generalitate prefatis hii quorum intereſt contineantur & per easdem intelligantur ſeu comprehendantur ac ſi preſentibus ipſi & adverſarii ſeu competitores eorum in dictis litteris

noſtris

noſtris nominatim expreſſi forent ita & taliter quod eis in judicio & extra fides adhibeatur declarandi & atteſtationes faciendi auctoritate Apoſtolica plenam & liberam tenore preſentium concedimus facultatem Datum *Rome* apud *ſanctum Petrum* Anno Incarnationis Dominice Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto Id. Februarii Pontificatus noſtri Anno ſexto decimo.

de Curia.

L. de Caſtiliono.

*) Tria circa hæc decreta Concilii Baſileenſis 26 Martii an. 1439. Moguntiæ in ampliſſimo Regis Romanorum & Principum Imperii &c. Conventu acceptata noviſſime mota fuere dubia:

1mum. An verum, legale & genuinum horum decretorum exemplar exiſtat?

2dum. an alicujus authoritatis, valoris ac ponderis ſint hæc decreta? &

3tium: utrum deducta fuerint in uſum? Ad hæc paucis reſpondeo & quidem ad primum: Originale & authenticum exemplar acceptationis Decretorum in Archivio Imperii Moguntiæ aſſervatur. Aliud originale, authenticum & priori per omnia ſimile repoſitum extat inter Chartas Inſignis Eccleſiæ Collegiatæ *B. M. V. ad gradus Moguntiæ*; Qua ratione autem & via ad hanc eccleſiam devenerit? innuimus in Conciliis Moguntinis, novis acceſſionibus auctis, ſcilicet quod *Theodericus Ebbracht* hujus eccleſiæ Canonicus ipſi actui acceptationis præſens ut Orator *Alberti II.* Regis Romanorum facile potuerit hoc diplomate chartarium *B. M. V. ad Gradus* ditare & exornare; Aliam viam hæc *Eugenii IV.* PP. bulla, quam brevibus notis illu-

ſtra-

ſtratum imus, indigitat; Nominatus enim in ea Præpoſitus *B. M. V. ad gradus Joannes de Lyſura* per plures annos Baſileæ negotia Concilii pertractavit, eidemque Pontifex in commiſſis dedit, ut, quodſi Archi Epiſcopus Moguntinus ſuper acceptatione decretorum ac poſſeſſorum pacificatione litteras teſtimoniales ac declaratorias expediri fecerit, easdem litteras ipſe Præpoſitus & ſui in dignitate Succeſſores cum aliis in Bulla deſignatis ſigillis ſuis corroborarent. Neque hæc bulla data fuit pro *Theoderico* Archi Epiſcopo tantum ſed pro Succeſſoribus etiam, ut verba docent: *cupis tales in tuis provincia, civitate & dioceſi Maguntinenſi ſpecificare ac de illis atteſtari, nec non ubi petitum ſeu opus viſum fuerit, declarationes facere poſſe* TEMPORE PROCEDENTE.

Pro exiſtentia ergo acceptationis Decretorum ſat ſuperque comprobanda ſufficit exemplar ſub ſacro Depoſito & Cuſtodia Archivii Imperialis uti & alterum in Eccleſia ad gradus Moguntiæ aſſervatum. Item illud in *MS. Codice Vallicellano lit. B. nu. 19. pag. 10. ad 14. à Raynaldo Baronii Continuatore Tom. XVIII. Annal. Eccleſ. pag. 212.* allegatum &c. Quodſi Archivia eorum, qui acceptationi intererant, curatius excutiantur, quin plura prodeant exemplaria, non dubitandum. Acceptarunt autem decreta Archi Epiſcopus Mog. pro ſe, eccleſia & cunctis comprovincialibus & clero ſuis ac illuſtriſſimo Principe & Domino *Friderico* Marchione Brandenburgenſi, ſacri Imperii Archi Camerario, principe Electore & Burggravio Nurembergenſi, D. Archi Epiſcopus *Colonienſis* pro ſe ac Eccleſia ſua, Domini vero Archiepiſcopi *Treverenſis* pro ipſo ac Eccleſia Treverenſi & clero ſuis, dehinc Dominorum *Saltzburgenſis* & *Magdeburgenſis* Archi Epiſcoporum Oratores, Ambaſiatores & Procuratores in inſtrumento nominati quorum quilibet ſine dubio

bio

Digitized by Google

bio exemplar acceptationis pro norma futuri ævi ſecum aſportaverit.

Inſtrumentum hoc acceptationis Decretorum in Elencho Conciliorum Mog. an. MDCCLXI. appromiſſum anno demum MDCCLXIII. editum eſt in libello ſub rubro: *Concordata nationis Germanicæ integra &c.* anno MDCCLXXI. cum additamentis recuſo & hoc anno MDCCLXXIII. continuato.

Secundi dubii ratio videtur eſſe, quod Concilium Baſileenſe primitus equidem legitime congregatum, tandem vero in Conciliabulum deſierit. Ratio autem iſta penitus infirmatur, cum Decreta ſæpe fata non ut decreta Concilii ſed ut nova leges fundamentales Eccleſiæ Germanicæ ſalutares & proficuæ conſiderantur quæ in Conventu Moguntino ſalvis etiam modificationibus acceptatæ & a ſummo Pontifice comprobatæ fuerunt. Quid enim authoritatis illud habeat Concilium, e cujus ſeſſione prima ſolummodo decretum unum, ex undecim ſequentibus nullum, ex duodecima unum e ſeſſionibus decima tertia & quarta nullum, e decima quinta tantum aliqua &c. admittuntur & decretorum modificationes declarationes & limitationes adhuc reſervantur?

Quod vero *tertio* Decreta ſæpiſſime nominata ſuum ſortita fuerint effectum, præſens Eugenii bulla comprobat & teſtantur ſtatuta ſynodalia *Theoderici* Archi Epiſcopi Moguntini de anno MCCCCLI. cujus caput primum ſic ſonat: *Primo ſynodus ſancta acceptat ordinationem ſive decretum ſacri Baſileenſis Generalis Concilii: de Provincialibus & dioceſanis Conciliis celebrandis editum ac dudum per Nationem noſtram acceptatum in antea practicari & obſervari precepit. . . tenor vero ſtatuti Baſileenſis Concilii . . . eſt talis: ſacroſancta Generalis ſynodus Baſil. in ſpiritu S. legitime congre-*

gregata univerſalem Eccleſiam repreſentans ad perpetuam rei memoriam. Pridem hec ſancta ſynodus quoddam ſaluberrimum promulgavit decretum pro ſtabilitate & robore Generalium Conciliorum, quorum frequens celebratio precipua eſt agri dominici cultura, verum cum ad eandem culturam non dubium ſit pertinere Epiſcopales ſynodos & Concilia provincialia &c.

Huic Concilio Provinciali intererat *Nicolaus* tit. *Sancti Petri* ad vincula Cardinalis & Apoſtolicæ ſedis Legatus, qui conſtitutiones ejusdem ſic confirmavit: *Quoniam captas concluſiones per vos Rmum in Chriſto Patrem Dnum Theodericum Archi Ep. Mog. conſentientibus comprovincialibus veſtris legi audivimus & eas reformationi quam querimus, judicavimus plurimum profuturas ipſas... ratas & gratas habentes authoritate Apoſtolica nobis tradita in Dei nomine confirmamus &c.*

Extant quoque plures ſynodi diœceſanæ, quæ unum alterumve decretum ex acceptatis pro temporum ratione & circumſtantiis innovarunt &c.

LXI.

CONRADI ARCHIEP. MOG. ORDINATIO INQVIRENDI SVPER MODO NOMINANDI AD CANONICATVS ET PRÆBENDAS.

Conradus Dei gratia ſancte Magunt: ſedis Archi Epiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archi Cancellarius honorabili Magiſtro *Jacobo de Novimagio* Licentiato in Legibus noſtro in ſpiritualibus Vica-

Vicario generali devoto & fideli dilecto ſalutem in Domino & diligenciam debitam in commiſſis. Quanquam omnium & ſingulorum Canonicatuum & prebendarum ſecundariarum Collegiatarum Eccleſiarum intra & extra muros civitatis noſtre Magunt. Collacio, proviſio & preſentatio & quevis alia diſpoſicio ad honorabiles Decanos & Capitula ipſarum eccleſiarum, in quibus Canonicatus & prebende hujusmodi exiſtunt communiter vel diviſim, de jure communi pertineant atque ſpectent, tamen in brevi ad noſtram deductum eſt noticiam, quod nonnulli prelati & Canonici quarundam Collegiatarum eccleſiarum intra & extra muros Magunt. certas ordinaciones & conſuetudines inter ſe & in ſuis capitulis ſe habere pretendant, quarum occaſione & pretextu aliquos quos velint ad Canonicatus & prebendas in ipſis eccleſiis vacantes pro tempore viciſſim Decanis & capitulis ſuis nominent per eosdem Decanos & Capitula ad hujusmodi canonicatus & prebendas ſic vacantes ſine contradictionis obſtaculo admittendos, qui tamen nominantes & hujusmodi ordinacionis conſuetudinem corruptele notam ſapientem ſe habere pretendentes Prelatos & alios Canonicos ſuos Capitulares locum & vocem in Capitulo habentes ad hujusmodi ordinationes & nominationes ſi qui dici debeant, neſcitur quo jure recuſant admittere ymo ab eis repellant penitus & ſecludant, ex quibus ordinacionibus inordinata & exhorbitantia plurima in Capitularibus Collegiis ſuſcitata ſint modo & timeantur in ipſis & earum eccleſiis majora ſuſcitari inpoſte-

rum

rum dampna & pericula plurima exoriri, unde nos prout ex nunc paſtoralis ſollicitudo nobis incumbit, dictis hujusmodi inordinationibus & exhorbitanciis ac eccleſiarum & perſonarum prefatarum dampnis & periculis cupientes, juris quibus convenit, remediis obviare, de tue legalitatis providencia & circumſpectionis induſtria plurimum confidentes tibi tenore preſencium committimus & mandamus, quatinus omnes & ſingulos prefatarum eccleſiarum Collegiatarum intra & extra muros Magunt. Decanos & Capitula devotos noſtros dilectos ad producendum & exhibendum coram te litteras & ſtatuta ordinacionum & nominacionum hujusmodi, ſi quas & que ſe habere pretendant infra terminum competentem & peremptorium certum cites & evoces & ſuper eisdem ordinacionibus & earum litteris ac ſi ut predicitur, inordinate exhorbitantes aut alias quacunque occaſione irracionabiles & a juris tramite ſint deviantes, auctoritate noſtra & ex officio diligenter inquiras ac ſummarie te informes, & ſi eas tales fore repereris, illicitas, irracionabiles, exhorbitantes ac invalidas reformandas annullandas & revocandas decernes ac eciam reformes, revoces & annulles contradictores & rebelles auctoritate noſtra compeſcendo eccleſiaſticam per cenſuram & faciendo nichilominus que decreveris eadem auctoritate firmiter obſervare, teſtes vero ſi qui nominati fuerint, ſi ſe gratia, odio, timore vel favore ſubtraxerint, ſimili cenſura compellas veritatis teſtimonium perhibere preſencium ſub noſtri ſigilli appenſione teſtimonio

 litte-

litterarum. Datum *Olmene* ſexta die menſis Septembris Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo viceſimo ſeptimo.

LXII.

STATVTA ECCLESIÆ PINGVENSIS. *)

Pinguenſis Eccleſia fundata & erecta eſt in honore Omnipotentis Dei, Beatiſſimæ *Mariæ* ſuæ genitricis & totius cæleſtis hierarchiæ & ſpecialiter Beatiſſimi *Martini* Epiſcopi ſui patris & patroni

*) Prima Eccleſiæ hujus Collegiatæ veſtigia deprehendimus An. M. VI. quo *Willigiſus* Archiep. Mog. huic Collegio juſſit perſolvi annuatim decem ſolidos ad Uſum Fratrum Deo ibidem ſervientium. vid. *de Gud. Tom. 3. pag. 1033. & Tom. 1. pag. 99.*

Statuta ejusdem Eccleſiæ de licentia & conſenſu Ordinarii renovata ſunt an. MCCCCIII. prout Codex pergamenus in Archi Epiſcopali ſeminario Mog. aſſervatus innuit his verbis:

Cauſa Compilationis preſentis libri. (Sc. Statutorum Eccleſiæ Bingenſis.)

Anno Milleno. C. quatuor. hinc quoque terno.
Hypoliti Feſto * flamme magne memor eſto,
Pinguenſis opidi, quod tunc comburitur igni,
Heu ſic combuſſit, quod pars non quarta remanſit,
Parrochiam, turres, aras deſtruxit & arces.
Templum *Chriſtophori*, *Nicolai*, *Pnevmatis almi*,
Ægidii monachi, tectum domui puerorum,
Georgii ſancti nec non loca reliquiarum,

Clau-

* 22. Aug.

Digitized by Google

ni; ſignantique miſterio ſub numero duodecim Canonicorum ad inſtar duodecim Apoſtolorum *) & Præpoſiti tredecimi principaliſque Prælati, vices

Y 2 Chri-

Clauſtrales curtes ſimul atque domos Clericorum
Flamma vaſtavit, pariter quoque peſſime ſtravit.

Igitur de licentia & conſenſu Ordinarii Capitulum antiqua ſectando veſtigia, Statuta & conſuetudines Eccleſie, prout ſequitur, renovavit.

Altera hujus codicis pagina repræſentat imaginem *S. Martini* Epiſcopi porrigentis pauperi a ſiniſtris geniculanti chlamydis dimidium. legitur ibidem: *Martinus Chlamydem cum paupere dimidiavit.* Paulo inferius a dextris cernitur *Sigefridus II.* Archi Ep. Mog. ſiniſtra offerens Eccleſiam, ex ore ejus prodit verſus: *Accipe grate munus tibi quod offert Segefridus.* circa annum 1220. Eccleſiam hanc exſtructam fuiſſe e chartis bonæ fidei diſcimus. A ſiniſtris *Joannes II.* Archiep. flectit genua hunc verſum proferens: *Flammis deſtructam tibi nunc reddo reparatam.* lege verſus ſupra poſitos: *Anno Milleno &c.*

*) *Duodecim Apoſtolorum* ad duodenarium Collegii Apoſtolici numerum plures præbendarum canonicalium inſtitutores in limine fundationis reſpexere. Sic Lupoldus Archi Epiſcopus Mog. An. MLV. *Canonicos bis ſenos in loco Northun ſub honore Genetricis Dei & perpetue Virginis Marie pariterque B. Petri principis Apoſtolorum Deo inibi ſervituros locavit.* de Guden. Tom. 1. pag. 20. ſic *Theodericus* ædis majoris Præpoſitus dein Trevirorum Archipræſul *circa an. DCCCCLXX. in Eccleſia S. Gangolfi Martyris, quæ Moguntiæ eſt, XII. fratres ibi Deo famulaturos, datis neceſſariis inſtituit.* Joannis Rer. Mog. T. II. pag. 711. De Eccleſia Francofordienſi vid. *commentationem noſtram ſeptimam pag. 411.*

Chriſti gerentis, extitit primitus inſtituta ad perſolvendum inibi horis diurnis pariter & nocturnis divinum Officium in horis Canonicis & miſſarum Solenniis, prout a ſanctis Patribus ſanctaque Catholica Eccleſia in laudem Dei eſt ſalubriter ordinatum. Quibus quidem perſonis in ſubſidium & juvamen fuerunt poſtmodum ſucceſſivis temporibus adjuncti viginti Vicarii, cum ſtipendio competenti, ut hæ triginta tres perſonæ numerum annorum Chriſti, quibus in terra viſus & cum hominibus converſatus eſt, myſtice deſignarent.

Ordo Perſonarum.

Præpoſitus.

Et quia quælibet communitas pro ſui conſervatione, ordinem exigit, quo reguletur & regatur, obinde pro uſu & exercitio divini cultus ac conſervatione ſtatus Eccleſiæ a ſanctis Patribus fundatoribus ſuis fuit & eſt taliter ordinatum, quod Præpoſitus omnibus præſit, ſitque Eccleſiæ & perſonarum Gubernator & protector, ipſam Eccleſiam & perſonas in ſuis juribus, rebus & bonis manutenendo & pro viribus defendendo.

Decanus.

Decanus quaſi de canis id eſt provectæ ætatis in ſcientia, experientia & morum honeſtate regulare & regere habeat titulo ſuæ prælationis Chorum & perſonas Eccleſiæ in officiis divinorum, ac negligentias & exceſſus in Choro commiſſos corrigere & emendare.

Scho-

Scholaſticus.

Magiſter vero quaſi majoris ſtatus poſt Decanum vel quaſi magis ter aliis doctus, qui & Scholaſticus quaſi cuſtos Scholarum & diſciplinæ nominatur, tertius Eccleſiæ Prælatus libros chori ad legendum corrigat, lectiones ſignet, pſalteria uniformiter diſtinguat, curam Scholarum habeat, Canonicos ſub jugo ſuo exiſtentes in diſciplina chori & morum honeſtate doceat, ipſosque pro exceſſibus & negligentiis Scholaſticis corrigat & emendet; factaque Eccleſiæ quaſi advocatus & os Capituli concipere, notare & pronuntiare debebit.

Conditiones Cantoris.

Cantor autem, qui voce & arte in cantando ſit perfectus, quartus Prælatus Eccleſiæ, libros Cantuales ad notam univocam & conformem redigat, eosque in pauſis faciendis debite diſtinguat. Et per ſe ipſum una cum ſuccentore ſuo in feſtis ſolemnibus & per eundem ſuccentorem aliis diebus in medio chori cantantes & pſallentes reſpiciat & concordet; Imponetque imponenda ac perſonas juxta ſuum ordinem tempore requirente ad legendum & cantandum intitulet *) & inſcribat.

*) *Intitulet.* intitulatus dicitur, qui in tabella notatur ad certum munus in officio Divino peragendum. Statuta Collegii S. Bernardi apud Lobinell. Tom. 3. hiſt. paris. pag. 169. *intitulatus, ceſſante inevitabili impedimento quotidie miſſam ipſam celebret per ſe ipſum.*

Digitized by Google

Hæ ſunt quatuor columnæ ſive lapides angulares Eccleſiæ, quorum providentia ſtatus Eccleſiæ conſervatur in eſſe.

Conditiones Cuſtodis.

Cuſtos, licet perſonatus officio potiatur, tamen prælatione & cura eſt exemptus; hic per ſe vel campanatorem ſuum Eccleſiam & ornamenta ad divinum cultum ſpectantia, ac libros uſuales ad chorum ſpectantes fideliter cuſtodit, ſigna horarum & miſſarum Canonicalium pulſari ac luminaria ad ſummum altare & chorum ſpectantia juxta inſtituta primæva procurabit diligenter.

Ordo Canonicorum.

Debent autem inter duodecim Canonicos præbendatos quatuor Seniores ſecundum introitum ipſorum ad præbendas ſacerdotii, mediocres vero quatuor, Diaconatus, & juniores quatuor, Subdiaconatus ordinum onera cum aliis perſonis Eccleſiæ portare, non obſtantibus quibuscunque; exceptis illis, quos pœna abſentium conſtringit, quam quidem pœnam recipientes debebunt de eadem pœna onus abſentis procurare, ne duplici pœna feriatur.

Ordo Vicariorum.

Vicariorum vero qui præfatis Canonicis in adjutorium ſunt conjuncti, quaſi vices ipſorum gerentes, ordo taliter declaratur. Plebanus presbyter idoneus per capitulum in rectorem parochiæ ad regendam plebem electus, a Præpoſito in Archi-

chi-

chipreſbyterum debet deputari & cura animarum inveſtiri. Hic primum locum poſt Canonicos Capitulares in proceſſionibus ſemper obtinebit, curam geret animarum & miſſam quotidianam infra pulſum primarum pro parochianis celebrabit, Verbum Dei tempore congruo prædicabit & ſacramenta eccleſiaſtica populo Chriſtiano miniſtrabit. Debet tamen onera Chori ipſum in ſuo ordine concernentia nihilominus ſupportare.

Aliorum quoque Vicariorum, qui poſt inſtitutionem primævam ſunt primitus adjuncti, tituli ſubſequuntur:

Altare *Sanctæ Crucis.*
Altare *Sanctæ Mariæ* Genitricis Dei.
Altare beatorum *Petri & Pauli* Apoſtolorum.
Altare beati *Johannis Evangeliſtæ.*
Altare *Sancti Michaelis* ſupra carcerem.
Altare *omnium ſanctorum.*
Capella *Sancti Spiritus.*
Capella *Sancti Laurentii.* &
Capella *Sancti Nicolai.*

Et hi novem vicarii cum Canonicis in quotidianis diſtributionibus chori, quæ præſentia major *) nuncupatur, habebunt portionem coæqualem. Plebanus vero quod poſt eosdem adjunctus eſt, & quotidianis accidentiis ultra oblationes ſibi debitas a tanto populo notabiliter conſolatur, re-

*) Id eſt prima & antiquior novæ, & cedit duntaxat Canonicis & Vicariis prænominatis. *alia manus margini adſcripſit.*

puteturque abſens quaſi præſens, cum præſentiæ debeant deſerviri, eccleſiaſtica miniſtrando ſacramenta, nec propter hoc portione ipſum tangente debeat privari, idcirco cum aliis vicariis noviſſime adjunctis in quotidianis diſtributionibus chori, quæ præſentiæ minores *) appellantur, æquam recipiet portionem.

Horum ergo Vicariorum tituli ſic habentur:

Altare *Corporis Chriſti* & *Agathæ* Virginis.
Altare *Sancti Jacobi.*
Altare *S. Stephani.*
Altare *S. Mariæ Magdalenæ.*
Altare *Sanctæ Annæ* ſupra carcerem.
Altare *S. Nicolai* in Cripta.
Altare *S. Catharinæ* & *Barbaræ.*
Altare *S. Leonardi.*
Capella *S. Georgii* &
Primiſſaria.

Omnes autem Vicarii debent tempore ſuarum admiſſionum vel actu eſſe ſacerdotes vel continuo infra annum ad ſacerdotium promoveri, miſſasque ipſis celebrare incumbentes temporibus debitis juxta inſtaurationes ipſarum Vicariarum vel Decani & Capituli moderationem negligere omnino prohibentur; tenentur etiam choro in officiis divinorum ſemper intereſſe.

De

*) Quæ poſtea admiſſæ ad portionem æqualem omnibus ab antiquo vel de novo inſtauratis. *alia manu adſcriptum.*

De locatione perſonarum.

In proceſſionibus & actibus conſimilibus prioritatem & poſteritatem requirentibus Prælati ſecundum ſuarum prælationum ordinem loca recipient, deinde Canonici Capitulares ſecundum introitum cujuslibet ad præbendam ſubſequentur, Plebanus ante alios Vicarios propter Archipresbyteratum, poſt hunc alii Vicarii ad ſacerdotium promoti & ultimo Canonici non Capitulares qui Domicelli vocantur & Vicarii nondum ad ſacerdotium promoti ſecundum introitum ad ſua beneficia ſe locabunt.

De Diſpoſitionibus beneficiorum.

Ut igitur de electionibus, collationibus & diſpoſitionibus Dignitatum, officii Cuſtodiæ, Canonicatuum & Præbendarum ac Vicariarum hujusmodi certa notitia habeatur, ne ſucceſſu temporis propter oblivionem error aut ſcandalum oriatur, eſt ſciendum, quod Dominus noſter Archi-Epiſcopus Maguntinus pro tempore habet conferre Præpoſituram Eccleſiæ Pinguenſis uni Dominorum Canonicorum Capitularium Eccleſiæ Majoris Maguntinæ, quem ad hoc duxerit eligendum, qui ex tunc erit Capellanus Archi Epiſcopi miniſtrando ſibi & baculum paſtoralem reſpiciendo, quando Pontificalibus incedit ornamentis. Idem quoque Dominus noſter Archi Epiſcopus habet conferre Vicariam ad Capellam ſancti Spiritus. Electio vero Decani, Scholaſtici, Cantoris Prælatorum, & Cuſtodis ſimplicis officiati de gremio Canonicorum aut perſonarum Eccleſiæ, qui magis idonei pote-

runt reperiri, ipſorum quoque Prælatorum Confirmationes Dominus Præpoſitus expediet adhibitis ſolemnitatibus debitis & conſuetis. Canonicatuumque & Præbendarum nec non Plebanatus & omnium aliarum Vicariarum præfatarum collatio, proviſio & quævis alia diſpoſitio ad ipſius Eccleſiæ Capitulum ſalva duntaxat cura animarum, qua Plebanus debet per Præpoſitum inveſtiri, dignoſcitur pertinere. Exceptis Vicariis, videlicet ad Capellam ſancti *Georgii* & Altare ſancti *Stephani*, quarum collationes &c. ad Decanum, nec non primiſſariæ, cujus collatio &c. ad Cantorem pro tempore pertinere dignoſcuntur. Tenetur tamen Cantor hujusmodi primiſſariam conferre infra quindecim dierum ſpatium a die vacationis computando. in quo ſi negligens fuit, ex tunc Decanus Eccleſiæ infra quindecim dies proxime ſequentes conferre debebit. Quo etiam negligente, Advocatus Pinguenſis pro tempore poterit Præpoſito Eccleſiæ vel ejus officiali infra alios quindecim dies tunc proxime ſubſequentes perſonam habilem & idoneam præſentare, quam ipſe Præpoſitus vel ejus Officialis proclamatione præmiſſa & nullo obſtante Canonico habebit ea vice inveſtire.

De Obligationibus Beneficiatorum.

Quilibet tamen recipiendus vel admittendus, ad dignitatem, officium vel beneficium in Eccleſia Pinguenſi, ante ſui receptionem & admiſſionem præſtabit de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus Eccleſiæ juxta ſuæ dignitatis officii vel beneficii

Digitized by Google

ficii qualitatem corporale juramentum. Quorum quidem juramentorum tenores ſuo ordine ſubſequuntur.

Sequuntur juramenta Perſonarum.

Articuli jurandi per Dominum Præpoſitum.

Ego N. Præpoſitus Eccleſiæ ſancti *Martini* in Pinguia inviolabiliter obſervabo omnia & ſingula ſtatuta, ordinationes & conſuetudines dictæ Eccleſiæ me quomodolibet concernentes, ſcripta & non ſcripta, ſcriptas & non ſcriptas, edita & edenda, editas & edendas, nec non litteras ſigillo Capituli ſigillatas, ac jura, privilegia & indulta quascunque dictæ Eccleſiæ firmiter tenebo & eis non me opponam. Item ab hac hora in antea ero fidelis Eccleſiæ præfatæ & perſonis ipſius, ac utilitatem & honorem ipſorum procurabo & promovebo pro poſſe & noſſe meo. Item quotiescunque fuero requiſitus ex parte Capituli & beneficiatorum dictæ Eccleſiæ ſeu altero eorundem, volo ipſam Eccleſiam & ejus perſonas in ſuis libertatibus, bonis & rebus fideliter defenſare, ipſorumque placitis & tractatibus intereſſe & pro ipſis patrocinari ubicunque locorum pro poſſe & noſſe meo, infra, meis propriis & extra diſtrictum Pinguenſem, expenſis Eccleſiæ. Item nunquam petam ad præbendam, curiam canonicalem, vocem Capitularem, aut quotidianas diſtributiones Chori ejusdem Eccleſiæ me admitti, ſed contentus ero portione Præpoſituræ meæ, & ſi actu habeam præbendam aut curiam Canoni-

nonicalem, illam dimittam, antequam de ipſius Præpoſituræ poſſeſſione & ipſius juribus & pertinentiis me ullatenus intromittam. Item non alienabo bona, redditus, cenſus, jura, libertates, poſſeſſiones, vineas, & alias pertinentias Præpoſituræ meæ, ſed eos, eas & ea fideliter conſervabo ac deperdita recuperabo per poſſe & noſſe meo. Item dabo Officialem Præpoſituræ meæ unum ex Dominis Capitularibus dictæ Eccleſiæ in Pinguia reſidentem & nequaquam extraneum a Capitulo niſi de totius capituli voluntate. Item exercebo & exerceri faciam jurisdictionem Præpoſituræ meæ juxta conſuetudinem antiquam, videlicet in ambitu Eccleſiæ prædictæ, eamque in perſonas eccleſiæ & eorum familiam domeſticam non extendam. Item decreta Electionum per Capitulum facta & facienda & ſigillo ſuo ſigillata per me aut officialem meum confirmabo adhibitis ad hoc ſolemnitatibus debitis & conſuetis.

Item conferam Archi-presbyteratum perſonæ Electæ per Capitulum in Plebanum, ipſamque inveſtiam cura animarum.

Item dabo Vicariæ ad altare *Sanctæ Crucis* unam & ad præſentias chori aliam carratas vini menſuræ Pinguenſis in domo Decimali de portione mihi debita. Item ſolvam in prompta pecunia, antequam admittar, quatuor marcas argenti puri ad fabricam Eccleſiæ vel pignora ſufficientia pro eisdem infra menſem præſentem redimenda. Item dabo cappam choralem valoris ad minus trium marcarum argenti puri infra menſem proxime ſequen-

Digitized by Google

quentem. Item dabo ſtabulario & Campanatori unam marcam argenti puri pro duabus tunicis in prompto. Item Præpoſituram meam ſine licentia & conſenſu Domini Archi-Epiſcopi Moguntini pro tempore & Capituli hujus Eccleſiæ etiam non niſi cum Canonico Capitulari Eccleſiæ Maguntinæ permutabo aut transferri procurabo. Item non impetrabo per me vel alium, me ab hoc præſenti juramento abſolvi, aut ſuper eo mecum diſpenſari, & in abſolutionem ac diſpenſationem ſuper his etiam qualitercunque impendentis vel impenſis nolo conſentire, ſed eisdem ſimpliciter renuntio de præſenti.

Sequitur juramentum D. Præpoſiti ſuper Articulis præſcriptis.

Ego N. Præpoſitus Eccleſiæ Pinguenſis juro quod omnes & ſingulos articulos per me nunc lectos nec non omnia & ſingula privilegia, litteras, ſtatuta, ordinationes & conſuetudines ejusdem Eccleſiæ ſcriptas & non ſcriptas, editas & edendas bona fide absque fara & dolo firmiter & inviolabiliter volo obſervare & eisdem nequaquam contravenire verbo vel facto per me vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte. Sic me Deus adjuvet & Conditores ſanctorum Evangeliorum.

Articuli jurandi per D. Decanum.

Ego N. Decanus Eccleſiæ beati *Martini* in Pinguia, ab hac hora in antea ero fidelis dictæ Eccle-

ſiæ

ſiæ & perſonis ipſius & conſervabo libertates, privilegia, ſtatuta & conſuetudines ejusdem Eccleſiæ & perſonarum ipſius in quantum Eccleſiaſticæ libertati non obviant, ſive ſint ſcriptæ ſive non ſcriptæ, ſcripta ſive non ſcripta, easque & ea fideliter manu tenebo & defendam pro poſſe & noſſe meo. Item horas Canonicas & divinum officium in eccleſia præfata promovebo & quantum mihi poſſibile fuerit, manutenebo & conſervabo. Item faciam comprælatis meis & Canonicis Eccleſiæ honorem & reverentiam debitas & condignas. Item faciam continuam Reſidentiam perſonalem apud eandem Eccleſiam & portabo ſingula onera Decanatus tam in divinis quam etiam in diſciplina, prout hactenus eſt conſuetum; & me nullatenus abſentabo ultra quindenam ſine licentia Capituli. Item poſtquam poſſeſſionem Decanatus habuero, ex tunc infra duos menſes curiam ejusdem Decanatus cauſa continuæ inhabitationis intrabo, eamque in ſtructuris & ædificiis conſervabo & meliorabo pro poſſe & noſſe, Dimittendo curiam clauſtralem ſi quam habuero, quia talis curia ad capitulum devolvitur. Item non inſtabo pro aliqua curia clauſtrali, eo quod Decanatus propriam habet curiam. Item redditus, bona & jura Decanatus fideliter colligam & conſervabo, deperdita recuperabo pro poſſe & noſſe, eorumque ſitus & loca infra annum a die præſentis meæ admiſſionis continuo ſequentem capitulo in ſcriptis præſentabo.

Item

Digitized by Google

Item non conſentiam in aliquem actum ſive contractum præjudicialem eccleſiæ & perſonis ipſius, niſi vocatis vocandis talia fuerint per capitulum concorditer determinata & de totius capituli concordi proceſſerint voluntate. Item debeo indicere capitula cum narratione cauſæ, propter quam debeat eſſe capitulum. Item non alienabo bona vel redditus eccleſiæ nec alterabo ipſius ordinationes & conſuetudines ſine voluntate capituli & niſi ad hoc vocandi convocentur. Item quamlibet perſonam eccleſiæ permittam gaudere in ſua libertate. Item non ſigillabo aliqua ex parte capituli ſine ſcitu & voluntate capituli & niſi duo Canonici Capitulares ad hoc per capitulum deputati fuerint præſentes. Item ſi non ſim Canonicus præbendatus, nequaquam intrabo capitulum niſi vocatus & requiſitus ab eodem & nequaquam petam præſentias chori quamvis divinis interſim, niſi me contingat Canonicalem præbendam in prædicta Eccleſia obtinere. Item ſi Canonicalem præbendam non habeam & prius de Capitulo non fuerim, meque tractatibus capitularibus ex vocatione Dominorum meorum de Capitulo intereſſe contingat, quod ſecreta capituli nullatenus revelabo. Item quodſi ſim Canonicus præbendatus, portabo onera Canonicatus una cum oneribus Decanatus & nihilominus ſervabo conſuetudines, ordinationes, obſervantias & ſtatuta, prout Canonicus ad id de jure ſeu de conſuetudine tenetur, non obſtante Decanatu. Item quod ſim actu ſacerdos vel proximis temporibus a jure ſtatutis me faciam ad ſacer-

doti-

Digitized by Google

dotium promoveri, & non petam ſeu poſtulem aliquam obedientiam a Canonicis vel vicariis niſi ſim prius ad ſacerdotium promotus. Item in correctionibus ſeu diſciplinis faciendis non ero acceptor perſonarum ac odioſus, ſed charitativus & æqualis uni faciendo ſicut alteri, neque judicabo ſecundum favorem vel odium, ſed ſecundum juris æquitatem & conſuetudinem. Item non faciam conſpirationes partiales vel partem in Capitulo, ſed diſcordantes concordabo & non declinabo magis ad unam partem quam ad aliam, niſi cum videro & ſenſero uni parti fieri injuriam, juvabo partem injuriatam ſecundum juſtitiam & æquitatem pro poſſe & noſſe fara & dolo excluſis. Item non debeo ſuſpendere aliquem propter abſentiam chori illo die, quo ego fui abſens in matutinis. Item quando ſuſpendo in genere abſentes, debeo eſſe præſens in eisdem horis, pro quibus illi ſuſpenduntur; & quando tales poſt hoc petunt reſtitutionem, debeo eos reſtituere nec eis beneficium reſtitutionis denegare injuncta pœna conſueta; quodſi forſan præſens non eſſem tempore petitæ reſtitutionis, tunc alius Prælatorum, ſi ſunt præſentes, vel eis etiam abſentibus Canonicus ſenior poterit eos reſtituere, pœnam eis conſuetam injungendo. Item non ſuſpendam aliquem Canonicorum in ſpecie, niſi de conſenſu Capituli, nec ſic ſuſpenſum reſtituam niſi etiam conſenſu capituli accedente. Item ſi ſuſpendo quempiam vicarium in ſpecie propter abſentiam vel negligentiam chori & injungo eidem pœnam clauſtri, illum poſſum reſtituere, quando mihi

pla-

placet. ſi tamen duraverit in clauſtro usque ad pulſum veſperorum, & tunc poteſt licite exire. Secus autem, ſi eſſet ſuſpenſus per me Decanum & Capitulum ſimul, tunc reſtitutio ſtaret in Dominorum meorum de capitulo voluntate. Item non debeo quemquam ſuſpendere niſi ſim religione *) indutus & in ambitu ubi memoria fieri eſt conſueta. Item propter ſolum rumorem vel dictum aliquod non debeo aliquem canonicum vel vicarium de choro expellere, niſi talis eſſet manifeſte excommunicatus per publicam denuntiationem ac legis latorie & niſi ego Decanus & capitulum de hoc ſimus plenius informati, aut de hoc ſit publica vox & fama. Item quod omnia & ſingula ſtatuta, ordinationes & conſuetudines Eccleſiæ & Capituli nec non litteras ſigillo capituli ſigillatas ſive ſint ex parte præbendarum, curiarum, præſentiarum ſive aliarum rerum aut obſervantiarum, ſcriptas & non ſcriptas, ſcripta & non ſcripta, ac etiam quascunque vel quæcunque poſtmodum ſtatuendas ſeu ſtatuenda, fideliter & firmiter obſervabo. Item non permutabo nec in alium transferri faciam procurabo Decanatum absque conſenſu & voluntate Capituli. Item dabo unam cappam valentem ad minus duas marcas argenti puri infra menſem, pro qua emenda antequam admittar, deponam apud Capitulum promptam pecuniam æqui valoris, vel loco pecuniæ pignora aurea vel argentea, infra eundem menſem

*) Id eſt habitu, quo induti Clerici Choro ibidemque officio divino intereſſe ſolent.

ſem redimenda. Item dabo duos florenos in prompto pro una alba, Item dabo cuilibet Prælatorum quartale & cuilibet Canonicorum Capitularium reſidentium vel præſentium dimidium quartale vini melioris, quod in Pinguia venditur ad ducillum.*) Item præſtabo Dominis de Capitulo ſufficientem cautionem infra menſem a tempore admiſſionis meæ per quatuor perſonas honeſtas graves & magnas, qui una mecum litteram hujusmodi cautionis dictis Dominis meis dabunt & ſigillabunt ſecundum formam mihi per eos præſentandam, de reddendo ipſos ſimpliciter indemnes occaſione mei Decanatus. Item non impetrabo nec impetrari quicquam procurabo in præjudicium Eccleſiæ vel perſonarum ejus aut me ab hoc juramento abſolvi vel ſuper eodem mecum diſpenſari, nec utar hujusmodi impetratis.

Sequitur juramentum.

Ego N. Decanus Eccleſiæ Pinguenſis juro omnia & ſingula ſtatuta per me nunc lecta aut mihi recitata, nec non quæcunque alia per Dominos meos de Capitulo impoſterum ſtatuenda, & alias quascunque conſuetudines & obſervantias conſuetas bona fide, firmiter & inviolabiliter obſervare & eisdem nequaquam contravenire verbo vel facto per me vel alium ſeu alios directe vel indirecte, publi-

*) *Ducillus*, dicitur etiam docillus, quo abditur foramen dolii, clapſydra. *Johannes de Janua.* hic ſignificat: *welcher alsdann verzapfet wird.*

publice vel occulte. Sic me Deus adjuvet & Conditores ſanctorum Evangeliorum.

Articuli jurandi per Scholaſticum.

Ego N. Scholaſticus Eccleſiæ Beati Martini in Pinguia ab hac hora in antea ero fidelis jam dictæ Eccleſiæ & perſonis ipſius, nec non utilitatem & honorem ipſorum procurabo & promovebo pro poſſe & noſſe meo. Item faciam Domino Decano & aliis Compnælatis meis & Canonicis Capitularibus Eccleſiæ honorem & reverentiam debitas & condignas. Item libros chori ad legendum ſpectantes corrigam, ac omnia & ſingula in choro legenda per me vel alium diſtinguam, ne ex hoc negligentia committatur. Item exercebo officium advocationis in cauſis Eccleſiæ, per me ipſum ſi ſim jurisperitus, vel procurabo ad hoc meis expenſis alium advocatum, in quem Capitulum conſentiat, qui paratus ſit Eccleſiæ in ſingulis ſuis cauſis, cui tamen Eccleſia pro ſuis laboribus ſatisfaciet. Item litteras miſſas Capitulo recipiam & ſine dilatione præſentabo, nec non dictabo litteras Eccleſiæ & Capituli per me vel alium in quibuscunque negotiis ſive cauſis. Item cauſas verba & negotia Capituli & Eccleſiæ coram quibuscunque dicenda vel proponenda per me ipſum loquar vel per alium proponi procurabo. Item de Domicellis ante mei inſtallationem corporalem ad Scholaſteriam receptis & admiſſis non me intromittam, ſed ſtabunt ad gratiam Capituli. Item non vocabo Domicellos ad

Digitized by Google

curam & proviſionem meam niſi ſim ad minus in Ordine Subdiaconatus conſtitutus, & niſi continuam perſonalem reſidentiam faciam in curia meæ Scholaſteriæ. Item de redditibus & proventibus Domicellorum abſentium me non intromittam propter pœnam abſentiæ, ne duplici pœna graventur. Item Domicellos ſub jugo meo exiſtentes in diſciplina & morum honeſtate diligenter informabo, pro exceſſibus & negligentiis caritative corrigere & emendare curabo, eisque qui apud me ſunt in victu, veſtitu & aliis neceſſariis ſecundum honorem Eccleſiæ ſufficienter providebo, nec non Ordinationem Domini Gerlaci Archiepiſcopi Moguntini quo ad Domicellos juxta cujuslibet meritum inviolabiliter obſervabo. Item ordinabo Rectorem Scholarium honeſtum, bene doctum, ad minus habentem gradum baccalariatus artium liberalium. Item ſi non ſim Canonicus præbendatus, nequaquam intrabo Capitulum niſi vocatus & requiſitus a Capitulo, ſique tractatibus Capitularibus me intereſſe contingat, ſecreta Capituli nulla tenus revelabo; etiam non petam mihi dare præſentias chori, quamvis divinis interſim, niſi habeam Canonicalem præbendam in Eccleſia. Item ſi ſim Canonicus præbendatus non me intromittam de barbucio dignitatis *) aut voce Capitulari, niſi prius promotus ad ordi-

*) *De barbucio dignitatis.* Barbutium, barbuta, tegminis ſpecies, qua caput tegebant milites ſeu equites in præliis. Apud Sublacenſes monachos Caputium magnum ſine cauda. *Du freſne.* hic tegumentum denotat a Canonicorum in majoribus non conſtitutorum & Vicariorum tegumentis diſtinctum.

ordinem Subdiaconatus, & nihilominus portabo onera Canonicatus cum oneribus Scholaſteriæ, nec non ſervabo conſuetudines ordinationes & obſervantias ac ſtatuta prout Canonicus ad id de jure ſeu de conſuetudine tenetur, non obſtante Scholaſteria. Item debeo eſſe communis & nequaquam tenere partem in capitulo vel extra niſi æquam & habentem pro ſe rationem, & conſpirationes impediam toto poſſe. Item Curiam Scholaſteriæ meæ tenebo in bona ſtructura & non inſtabo pro alia curia clauſtrali, & ſi quam hucusque habui, illam libere dimittam, quia per aſſecutionem Scholaſteriæ talis curia devolvitur ad Capitulum. Item redditus, bona, juraque Scholaſteriæ fideliter colligam & conſervabo, deperdita & alienata recuperabo pro poſſe, ipſorumque ſitus & loca infra annum a die præſentis meæ admiſſionis computando, capitulo in ſcriptis præſentabo. Item nullatenus conſentiam in aliquem actum ſive contractum præjudicialem eccleſiæ vel perſonis ipſius, niſi vocatis vocandis talia fuerint per capitulum concorditer determinata, & de ipſius Capituli certa ſcientia & unanimi proceſſerint voluntate. Item litteras ſigillo Capituli ſigillatas nec non omnia & ſingula ſtatuta, ordinationes & conſuetudines eccleſiæ & Capituli ſcriptas & non ſcriptas, ſcripta & non ſcripta, & etiam quascunque vel quæcunque poſtmodum ſtatuendas vel ſtatuenda fideliter & firmiter obſervabo. Item non permutabo nec in alium transferri procurabo Scholaſteriam absque conſenſu & voluntate Capituli. Item dabo unam cappam valen-

lentem ad minus duas marcas argenti puri infra menſem, pro qua emenda, antequam admittar, deponam apud Capitulum promptam pecuniam æqui valoris vel loco pecuniæ pignora aurea vel argentea infra eundem menſem redimenda. Item dabo duos florenos in prompto pro una alba. Item dabo cuilibet Prælatorum quartale & cuilibet Canonicorum Capitularium reſidentium vel præſentium dimidium quartale vini melioris quod in Pinguia venditur ad ducillum. Item præſtabo Dominis de Capitulo ſufficientem cautionem infra menſem a tempore admiſſionis meæ per quatuor perſonas honeſtas graves & magnas, qui una mecum litteram hujusmodi cautionis dictis Dominis meis dabunt & ſigillabunt ſecundum formam mihi per eos præſentandam, de reddendo ipſos ſimpliciter indemnes occaſione meæ Scholaſteriæ. Item non impetrabo, nec impetrari quicquam procurabo in præjudicium Eccleſiæ vel perſonarum ejus, aut me ab hoc juramento abſolvi, vel ſuper eodem mecum diſpenſari, nec utar hujusmodi impetratis.

Sequitur juramentum.

Ego N. Scholaſticus Eccleſiæ Pinguenſis, juro omnia & ſingula ſtatuta per me nunc lecta, aut mihi recitata, nec non quæcunque alia per Dominos meos de capitulo impoſterum ſtatuenda, & alias quaſcunque conſuetudines & obſervantias conſuetas, bona fide, firmiter & inviolabiliter obſervare, & eisdem nequaquam contravenire verbo

vel

vel facto per me vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte. Sic me Deus adjuvet & Conditores ſanctorum Evangeliorum.

Articuli jurandi per Cantorem.

Ego N. Cantor Eccleſiæ beati Martini in Pinguia ab hac hora in antea ero fidelis jam dictæ Eccleſiæ & perſonis ipſius, nec non utilitatem & honorem ipſorum procurabo & promovebo pro poſſe & noſſe meo. Item faciam Domino Decano & aliis compraelatis meis & Canonicis Capitularibus Eccleſiæ honorem & reverentiam debitas & condignas. Item in ſummis feſtivitatibus faciam debitum meum in medio chori una cum ſuccentore meo horis debitis, prout hactenus eſt conſuetum, ac induar & exuar cappa ante pulpitum in medio chori & ſedem meam cappatus non intrabo. Item deputabo inter Vicarios Eccleſiæ perſonam bene vociferatam in legendo & cantando habilem & idoneam in ſuccentorem, cui Domini noſtri ſuo ſtipendio, prout conſuetum eſt, providebunt. Item libros cantuales ad notam univocam redigam, eosque debite diſtinguam per me ipſum, vel hoc per alium fieri fideliter procurabo. Item intitulabo per me vel ſuccentorem meum perſonas ad legendum & cantandum juxta ſuum ordinem, prout hactenus eſt conſuetum. Item ſi non ſim Canonicus præbendatus, nequaquam intrabo capitulum niſi vocatus & requiſitus a capitulo, ſique tractatibus Capitularibus me intereſſe contingat, ſecreta Capituli nullatenus reve-

 labo,

labo, etiam non petam præſentias chori, quamvis divinis interſim, niſi habeam canonicalem præbendam in Eccleſia. Item ſi ſim Canonicus præbendatus non me intromittam de barbutio dignitatis aut voce capitulari, niſi prius promotus ad ordinem Subdiaconatus, & nihilominus portabo onera Canonicatus cum oneribus Cantoriæ, nec non ſervabo conſuetudines, ordinationes obſervantias & ſtatuta prout Canonicus ad id de jure ſeu de conſuetudine tenetur, non obſtante cantoria. Item debeo eſſe communis & nequaquam tenere partem in capitulo vel extra, niſi æquam & habentem pro ſe rationem, & conſpirationes impediam toto poſſe. Item curiam Cantoriæ meæ tenebo in bona ſtructura & non inſtabo pro alia curia clauſtrali, & ſi quam hucusque habui, illam libere dimittam, quia per aſſecutionem Cantoriæ talis curia devolvitur ad Capitulum. Item redditus, bona & jura Cantoriæ fideliter colligam & conſervabo, deperdita & alienata recuperabo pro poſſe. Ipſorumque ſitus & loca infra annum a die præſentis meæ admiſſionis computando capitulo in ſcriptis præſentabo. Item nullatenus conſentiam in aliquem actum ſive contractum præjudicialem Eccleſiæ vel perſonis ipſius niſi vocatis vocandis talia fuerint per capitulum concorditer determinata & de ipſius capituli certa ſcientia & unanimi proceſſerint voluntate. Item litteras ſigillo capituli ſigillatas, nec non omnia & ſingula ſtatuta, ordinationes & conſuetudines eccleſiæ & capituli, ſcriptas & non ſcriptas, ſcripta & non ſcripta ac etiam quaſcunque vel quæcunque

poſt-

poſtmodum ſtatuendas vel ſtatuenda fideliter & firmiter obſervabo. Item non permutabo nec in alium transferri procurabo cantoriam absque conſenſu & voluntate capituli. Item dabo duos florenos in prompto pro una alba. Item dabo cuilibet prælatorum quartale & cuilibet Canonicorum Capitularium reſidentium vel præſentium dimidium quartale vini melioris quod in Pinguia venditur ad ducillum. Item præſtabo Dominis de Capitulo ſufficientem cautionem infra menſem a tempore admiſſionis meæ per quatuor perſonas honeſtas, graves & magnas, qui una mecum litteram hujusmodi cautionis dictis Dominis meis dabunt & ſigillabunt ſecundum formam mihi per eos præſentandam, de reddendo ipſos ſimpliciter indemnes occaſione meæ cantoriæ. Item non impetrabo nec impetrari quicquam procurabo in præjudicium Eccleſiæ vel perſonarum ejus, vel me ab hoc juramento abſolvi, vel ſuper eodem mecum diſpenſari, nec utar hujusmodi impetratis.

Sequitur juramentum.

Ego N. Cantor Eccleſiæ Pinguenſis juro omnia & ſingula ſtatuta per me nunc lecta aut mihi recitata, necnon quæcunque alia per Dominos meos de capitulo impoſterum ſtatuenda & alias quascunque conſuetudines & obſervantias conſuetas, bona fide firmiter & inviolabiliter obſervare & eisdem nequaquam contravenire verbo vel facto, per me vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, pub-

Digitized by Google

lice vel occulte. ſic me Deus adjuvet & conditores ſanctorum Evangeliorum.

Articuli jurandi per Cuſtodem.

Ego N. Cuſtos Eccleſiæ beati Martini in Pinguia ab hac hora in antea ero fidelis dictæ Eccleſiæ & perſonis ipſius, nec non utilitatem & honorem ipſorum procurabo & promovebo pro poſſe meo. Item faciam Domino Decano & aliis prælatis & Canonicis Capitularibus eccleſiæ honorem & reverentiam debitas & condignas. Item libros & ornamenta eccleſiæ mihi per Dominos Decanum & Capitulum tradenda & aſſignanda legaliter & fideliter cuſtodiam aut cuſtodiri faciam, eosque & ea ſingulis annis, cum requiſitus fuero ab eisdem Dominis meis, examinari & videri faciam & in ſcriptis præſentabo. Item deputabo campanatorem habilem in legendo & cantando fidelem & legalem, qui præſtabit cautionem ſufficientem & idoneam per fidejuſſores completes in eventum, ſi aliqua per ſuam negligentiam alienari ſeu deperdi contingat de ſibi commiſſis, quia ad illorum reſtitutionem & refuſionem integralem ipſe cum præfatis fidejuſſoribus ſuis teneantur, omnique nocte in eccleſia dormire debebit. Si vero ego ipſe hujusmodi officium exercere voluero per famulum meum domeſticum, debeo habere talem famulum, qui onera dicto officio incumbentia ſupplere valeat, egoque vel idem famulus meus omni nocte dormiam vel dormiet in eccleſia, & ſi aliqua tunc alienari

vel

Digitized by Google

vel dependi contingat, volo, quod omnia bona mea mobilia & immobilia præſentia & futura pro reſtitutione & refuſione eorundem ſint realiter obligata. Item in ſummis feſtivitatibus ſex candelas quemlibet de una aut de duabus libris ceræ; in feſtis vero, in quibus ſecundum regiſtrum Moguntinum habentur novem lectiones & quæ infra paſcha & Pentecoſtes juxta idem regiſtrum feſtive peraguntur, nec non ſingulis diebus Dominicis quatuor candelas, quamlibet ad minus de una vel dimidia libra ceræ, feriatis autem diebus duas tantummodo candelas ardendas in ſummo altari, interim quod veſperæ, Completorium, Matutinæ & miſſæ decantantur, ordinabo. Item a feſto omnium ſanctorum usque ad feſtum paſchæ incluſive ſingulis diebus tam feſtivis quam feriatis ad legendum & cantandum in choro matutinale officium, procurabo lumina, quæ vulgariter dicuntur mettenlichte, videlicet duo in dextro Choro & duo in ſiniſtro choro, in pulpito vero ad legendum lectiones unum, & in pulpito ad cantandum verſus, unum. Item procurabo in ſeptimana ſancta ad Matutinas ſcilicet quarta, quinta & ſexta feriis, tredecim candelas, quamlibet de quarta parte unius libræ ceræ, quæ vulgariter dicuntur engel Kertzen. Item ad feſtum paſchæ procurabo candelam paſchalem, continentem ad minus triginta ſex libras ceræ novæ, quæ diebus Dominicis & feſtivis usque ad diem Aſcenſionis Domini in Miſſis & primis veſperis debet accendi & ardere, & deinde quod ſupereſt in cera, poſſum recipere & de eo diſponere ad mei

vo-

voluntatem. Item in feſto Purificationis Mariæ præſentabo ad benedictionem cereorum cuilibet Canonico candelam de duabus libris & cuilibet Vicario candelam de una & dimidia libra ceræ novæ, quæ ſuo tempore accendi & ardere debent per totam miſſam & deinde mihi reſtitui. Item ante ſummum altare ad quatuor ampullas die nocteque ardendas procurabo oleum de tertia parte Decimæ nucum & amygdalarum mihi debitæ ratione cuſtodiæ & cenſibus ad hoc deputatis. Item procurabo funes ad campanas quatuor ſuper choro in turri Dominorum pendentes ad ſigna divini officii deputatas. Item ſigna horarum per Campanatorem vel famulum meum pulſari faciam debitis temporibus, accedente tamen adjutorio Scholarium, ut eſt moris, excepto ſigno primarum, quod plebanus tenetur procurare. Item non petam mihi dare præſentias chori, quamvis divinis interſim, niſi ſim beneficiatus in Eccleſia. Item curiam cuſtodiæ meæ tenebo in bona ſtructura & non inſtabo pro alia curia clauſtrali, & ſi quam hucusque habui, illam libere dimittam, quia per aſſecutionem cuſtodiæ talis curia devolvitur ad Capitulum. Item redditus, bona & jura cuſtodiæ fideliter colligam & conſervabo, deperdita & alienata recuperabo pro poſſe, ipſorumque ſitus & loca infra annum a die præſentis meæ admiſſionis computando, capitulo in ſcriptis præſentabo. Item litteras ſigillo capituli ſigillatas, nec non omnia & ſingula ſtatuta, ordinationes & conſuetudines eccleſiæ & Capituli ſcriptas & non ſcriptas, ſcripta & non ſcripta

ta ac etiam quascunque & quæcunque poſtmodum ſtatuendas vel ſtatuenda fideliter & firmiter obſervabo. Item non permutabo nec in alium transferri procurabo cuſtodiæ meæ Officium absque conſenſu & voluntate Capituli. Item dabo duas marcas argenti puri antequam admittar, vel deponam apud Capitulum promptam pecuniam æqui valoris vel loco pecuniæ pignora aurea vel argentea infra menſem proxime ſequentem redimenda, cum qua pecunia comparari debent perpetui cenſus ad Officium cuſtodiæ pro ſupportatione & conſervatione onerum præſcriptorum. Item dabo duos florenos in prompto pro una alba. Item dabo cuilibet Prælatorum quartale & cuilibet Canonicorum Capitularium præſentium vel reſidentium dimidium quartale vini melioris, quod in Pinguia venditur ad ducillum. Item præſtabo Dominis de Capitulo ſufficientem cautionem infra menſem a tempore admiſſionis meæ per quatuor honeſtas graves & magnas perſonas, qui una mecum litteram hujusmodi cautionis dictis Dominis meis dabunt & ſigillabunt, ſecundum formam mihi per eos præſentandam, de reddendo eos ſimpliciter indemnes occaſione meæ cuſtodiæ. Item non impetrabo, nec impetrari quicquam procurabo in præjudicium Eccleſiæ vel perſonarum ejus aut me ab hoc juramento abſolvi vel ſuper eodem mecum diſpenſari nec utar hujusmodi impetratis.

Se-

Sequitur juramentum.

Ego N. Cuſtos Eccleſiæ Pinguenſis juro omnia & ſingula ſtatuta per me nunc lecta aut mihi recitata, nec non quæcunque alia per Dominos meos de Capitulo in poſterum ſtatuenda & alias quascunque conſuetudines & obſervantias conſuetas, bona fide, firmiter & inviolabiliter obſervare & eisdem nequaquam contravenire verbo vel facto per me vel alium ſeu alios directe vel indirecte, publice vel occulte. ſic me Deus adjuvet & conditores ſanctorum Evangeliorum.

Articuli jurandi per Canonicum in admiſſione ſua prima.

Ego N. Canonicus Eccleſiæ beati Martini in Pinguia ab hac hora in antea ero fidelis dictæ Eccleſiæ & perſonis ipſius, nec non utilitatem & honorem ipſorum procurabo & promovebo pro poſſe meo. Item debitam obedientiam & reverentiam faciam Domino Decano & aliis Prælatis & Senioribus Canonicis in aſſurgendo & aliis reverentiis, prout hactenus eſt conſuetum. Item obediam Domino Scholaſtico qui nunc eſt & pro tempore exiſtenti & canonice intranti in licitis & honeſtis, & ab hac hora in antea ero ſub jugo ipſius Domini Scholaſtici ſervando ſtatuta & ordinationes Reverendiſſimi in Chriſto Patris olim Domini Gerlaci Archi-Epiſcopi Moguntini, & conſuetudines Eccleſiæ ipſum concernentia & concernentes, quousque ab eodem Domino Scholaſtico fuero emancipatus,

&

& per ipſum Capitulo præſentatus. Item in feſtivitatibus deſerviam Domino Scholaſtico cappam ſuam ſibi apportando, induendo & exuendo, quando fuero requiſitus. Item quantum cunque fuero emancipatus non inſtabo pro Capitulo infra annum a die præſentis meæ admiſſionis computando; nec in ſedibus me collocabo quousque ad Capitulum fuero receptus. Item non petam vel peti procurabo me ad Capitulum recipi, niſi in præbenda mea ſim quietus & donec viginti quatuor annorum ætatem compleverim & ad ordinem Subdiaconatus ſim promotus. Item redditus, vineas, bona & pertinentias præbendæ meæ fideliter colligam & conſervabo, deperdita recuperabo pro poſſe & noſſe meo, eorumque ſitus & loca infra annum a die præſentis meæ admiſſionis computando, capitulo in ſcriptis præſentabo, nec eos, eas vel ea quomodolibet alienabo, locabo vel permutabo ſine ſcitu & voluntate Capituli. Item omnia ſtatuta, ordinationes & conſuetudines Eccleſiæ ſcriptas & non ſcriptas, ſcripta & non ſcripta, ac etiam quascunque & quæcunque impoſterum ſtatuendas & ſtatuenda, nec non litteras quascumque ſigillo capituli ſigillatas fideliter & firmiter obſervabo & nullo tempore umquam contravenire volo. Item non impetrabo aut procurabo litteras ambaſſiatas aut preces a Principibus, Prælatis, nobilibus vel aliis quibuscunque pro me ſcribi vel fieri, per quas juribus, ſtatutis vel conſuetudinibus Eccleſiæ ordinatis & ordinandis, obſervatis & obſervandis quomodolibet obvietur, nec eis utar quovis modo.

Item

Digitized by Google

Item dabo tres marcas argenti puri ad fabricam Dominorum ad ſtatim in prompta pecunia, vel pro eis pignora aurea vel argentea infra menſem redimenda. Item dabo ad ſtatim unam marcam argenti puri vel ejus valorem in prompta pecunia pro medietate cuſtodi vel ejus campanatori, ſi officium campanariæ per ſe non exercuerit, & pro alia medietate ſtabulario Dominorum. Item dabo duos florenos in prompto pro una alba. Item dabo cuilibet Prælatorum quartale & cuilibet Canonicorum Capitularium reſidentium vel præſentium dimidium quartale vini melioris, quod in Pinguia venditur ad ducillum. Item præſtabo Dominis de capitulo ſufficientem cautionem infra menſem a tempore admiſſionis meæ computando per quatuor perſonas honeſtas & graves, qui una mecum litteram hujusmodi cautionis dictis Dominis meis dabunt & ſigillabunt ſecundum formam mihi per eos præſentandum, de reddendo ipſos ſimpliciter indemnes occaſione meæ præbendæ. Item non permutabo, nec in alium transferri procurabo meos Canonicatum & Præbendam, absque conſenſu & voluntate Capituli. Item nullatenus me ad Romanam curiam transferam ſine Capituli licentia ſpeciali. Item non impetrabo nec impetrari quicquam procurabo in præjudicium Eccleſiæ vel perſonarum ejus, aut me ab hoc juramento abſolvi vel ſuper eodem mecum diſpenſari, nec utar hujusmodi impetratis.

St-

Sequitur juramentum.

Ego N. Canonicus Eccleſiæ Pinguenſis juro omnia & ſingula ſtatuta per me nunc lecta aut mihi recitata, nec non quæcunque alia per Dominos meos de capitulo impoſterum ſtatuenda & alias quascumque conſuetudines & obſervantias conſuetas, bona fide, firmiter & inviolabiliter obſervare & eisdem nequaquam contravenire verbo vel facto per me vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte. Inſuper juro quod me non intromittam nec petam fructus præbendæ meæ hoc anno videlicet a die præſentis meæ admiſſionis computando, donec & quousque annus terminetur, quia cedere debet defuncto pro ſalute animæ ſuæ & ſuorum creditorum. Sic me Deus adjuvet & Conditores ſanctorum Evangeliorum.

Articuli jurandi per Canonicum, qui recipitur ad Capitulum.

Ego N. Canonicus Eccleſiæ ſancti Martini in Pinguia ab hac hora in antea celabo & in ſecreto tenebo tractata in Capitulo, nec ea alicui revelabo, donec per Capitulum concorditer revelentur & manifeſtentur, vel niſi a Capitulo licentiam habeam revelandi. Item quod obediam Decano ipſius Eccleſiæ qui nunc eſt & pro tempore exiſtenti, Canonice intranti in licitis & honeſtis & præſertim in diſciplina chori in Officiis Divinorum. Item ab hac hora in antea non faciam partem in Capitulo, conſpirationes aut conventicula & ſi capitulum diſ-

cordaverit vel diviſum fuerit, neutri parti adhærebo vel conſenſum meum dabo, niſi expreſſe ſentiam conſilio ſapientum unam partem pro ſe habere juſtitiam & rationem, & illi conſtanter potero adhœrere. Item ab hac hora in antea usque ad finem unius anni non contradicam his ſuper quibus Capitulum vel ipſius major pars concordaverit, nec interim me opponam in negotiis per Dominos Decanum & Capitulum quomodocunque & qualitercunque faciendis & ordinandis. Item omnia ordinata & ſtatuta per Dominos Decanum & Capitulum & quascunque litteras ſigillo Capituli & per eosdem ſigillatas & alia quæcunque negotia peracta finita & terminata usque in præſentes diem & horam, ratas & rata tenebo, & eas ac ea nunquam impugnabo, nec eis contradicam, niſi capitulum hæc & eas de jure poterit & velit revocare ſeu infringere. Item ordinationes factas vel etiam faciendas de Canonicatuum & præbendarum & aliorum beneficiorum ad Capituli diſpoſitionem ſpectantium, collationibus &c. nec non de curiis clauſtralibus & aliis quibuscunque ordinatis vel ordinandis per dictos Dominos Decanum & capitulum ratas & firmas tenebo, eis nullatenus contradicam, nec ipſas impugnabo quovis modo. Item ſi qua curia vacaret, quæ mihi ex ordinatione deberetur, illam ſtatim acceptabo, tenendo illam ſecundum quod per Dominos Decanum & Capitulum de ipſa extitit ordinatum ſeu fuerit ordinandum. Item ad ſtatim ante receptionem mei ad capitulum dabo duas marcas argenti puri, vel eorum valorem

Digitized by Google

rem in prompta pecunia pro uſibus & neceſſitatibus Eccleſiæ exponendis. Item dabo vinum ut conſuetum eſt, videlicet cuilibet prælato unum, & cuilibet Canonico Capitulari reſidenti vel præſenti dimidium quartale vini melioris, quod in Pinguia venditur ad ducillum. Item dabo Dominis Capitularibus præſentibus & reſidentibus prandium ſufficiens infra menſem a die præſentis meæ receptionis ad Capitulum, in die quam duxerint eligendam. Item non conſentiam in aliquem actum ſive contractum præjudicialem Eccleſiæ vel perſonis ipſius niſi vocatis vocandis talia fuerint per capitulum concorditer determinata & de ipſius Capituli certa ſcientia & unanimi proceſſerint voluntate. Item non impetrabo per me vel alium me ab hoc juramento Capitulari ut in præmiſſis expreſſum eſt, abſolvi aut ſuper eodem mecum diſpenſari.

Sequitur juramentum.

Ego N. Canonicus Capitularis Eccleſiæ Pinguenſis, juro omnia & ſingula ſtatuta per me nunc lecta aut mihi recitata, nec non quæcunque alia per Dominos meos de Capitulo impoſterum ſtatuenda & alias quaſcunque conſuetudines & obſervantias conſuetas bona fide, firmiter & inviolabiliter obſervare, & eiſdem nequaquam contravenire verbo vel facto per me vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte. Sic me Deus adjuvet &c.

Articuli jurandi per Archi-presbyterum ſive Plebanum Eccleſiæ noſtræ Pinguenſis.

Ego N. Archipresbyter *) & Plebanus Eccleſiæ Collegiatæ beati Martini Pinguenſis ab hac hora in antea ero fidelis dictæ eccleſiæ & perſonis ipſius, nec non utilitatem & honorem ipſorum procurabo & promovebo pro poſſe & noſſe meo, de damnis & periculis eorum ubicumque percepero, eos præmuniam & aviſabo, nec quicquam attentabo publice vel occulte, quod cedere poſſit in ipſorum etiam diviſim damnum, præjudicium vel gravamen. Item obediam Domino Decano ipſius Eccleſiæ qui nunc eſt & pro tempore exiſtenti & canonice intranti in licitis & honeſtis, ad ipſumque principaliter habebo reſpectum ipſum conſulendo in plebanatus mei negotiis ac debitam reverentiam & honorem faciam & exhibebo ipſi Decano & aliis prælatis & Canonicis Capitularibus in aſſurgendo & aliis reverentiis exhibendo prout hactenus eſt conſuetum. Item faciam continuam perſonalem reſidentiam apud Eccleſiam & non recedam absque licentia Domini Decani vel eo abſente ſenioris poſt eum & ſi ultra triduum abeſſe voluero, non recedam absque licentia Dominorum meorum Decani & Capituli. & ſi ultra terminum mihi indultum abſens fuero, non debeo reſtitui niſi per Dominos Decanum & Capitulum, & non ero particeps præſen-

*) De jurisdictione & officio Archipresbyteri & Archidiaconi vid. *Diœceſis Moguntina in Archidiaconatus diſtincta Tom. I. & II.*

ſentiarum niſi plenarie ſatisfecerim de neglectis & nihilominus pœnæ per eosdem Dominos meos mihi injungendo me ſubmitto. Item horis Canonicis & aliis divinorum Officiis in Choro frequenter interero, niſi fuero in negotiis plebaniæ meæ vel alias legitime præpeditus, easque in legendo & cantando perficere adjuvabo diligenter pro poſſe & noſſe, non me abſentando vel excuſando, ſi præſentiæ non habentur. Item ſi non ſim actu ſacerdos, me faciam infra annum a die præſentis meæ admiſſionis computando ad ſacerdotium promoveri, nec ero particeps præſentiarum, niſi ſim in ordine ſacerdotii conſtitutus & in eccleſia iſta miſſam celebraverim manifeſte. Item fideliter & diligenter promovebo eosdem Dominos meos & fabricam ipſorum tam in ſermonibus faciendis quam in confeſſionibus audiendis & alias ubicunque potero publice vel occulte, & quod eis decimam, qualiscunque fuerit, nec non cenſus, bona & alia quæcunque ad eos & decimam Eccleſiaſticam ſpectantes & ſpectantia infra limites plebaniæ meæ prædictæ & ſuis attinentiis ſitos vel ſita cedentes vel cedentia, nec non vagæ reſtitutiones ad dictam fabricam integraliter perſolvantur. In teſtamentis quoque vel alias quomodolibet pro animarum remedio etiam legatis vel relictis toties quoties tertiam partem recipiam & duas partes ad communes chori præſentias convertendas Dominis meis prædictis præſentabo, & ſi in hoc negligens repertus fuero, Capitulum poterit me corrigere, & ſi ſibi placuerit ad ſtatum priſtinum, videlicet ad portionem duntaxat

trium ſolidorum hallenſium pro plebano & reſiduum pro præſentiis ut præmittitur reducere & revocare, prout antiquitus eſt ſervatum. Item de majori aut minuta decima non me intromittam, ſed ero contentus in proventibus & obventionibus dicti plebanatus, prout anteceſſores mei fuerunt, nec quicquam ultra ab eisdem Dominis meis exigam vel requiram. Item plebaniam meam & plebem in debitis Divinorum obſequiis, animarum cura, ſacramentorum miniſtratione & aliis incumbentibus oneribus reſpiciam diligenter, & non committam vel fieri permittam aliquam negligentiam circa curam & regimen earundem, & pro earum plenaria expeditione tenebo continuo ſocium ſacerdotem idoneum meis ſumptibus & expenſis, qui debito fidelitatis juramento ſe dictis Dominis meis obligabit. Item ſingulis diebus celebrabo vel celebrari procurabo per me vel ſocium meum aut aliam perſonam de gremio Eccleſiæ miſſam pro populo cum cantu vel ſine cantu prout tempora requirent poſt matutinas & ante horam primarum, ſic, quod non faciam Dominis impedimentum in Choro ad horas canonicas perſolvendas. Item in ſummis & beatæ Mariæ, Johannis Baptiſtæ, Apoſtolorum, Dedicationis & Patroni feſtivitatibus nec non Diebus Dominicis per annum ac in quadrageſima & adventu Domini ſecunda quarta & ſexta feriis in ambone congrua hora proponam vel proponi faciam per ſacerdotem idoneum populo verbum Dei. Item non admittam aliquem de ordine mendicantium vel alium extraneum ad ſermocinandum populo in

can-

cancellis ultra ſemel niſi de Decani & Capituli licentia ſpeciali. Item quando ordo hebdomadæ ſervandæ in ſummo altari in celebrationibus miſſarum vel in choro in impoſitionibus faciendis me tetigerit, procurabo per me vel aliam perſonam de gremio Eccleſiæ exiſtentem id expleri, ſic quod in choro negligentia mei parte nullatenus committatur. Item ero obediens Dominis meis Præpoſito Pinguenſi & ejus Officiali, nec non Domino Decano, curando & exequendo ipſorum mandata & proceſſus jurisdictionum ſuarum. Item cauſis & appellationibus Dominorum meorum Decani & Capituli prædictorum adhærebo & illis quibus ipſi adhæſerint, confidentiam faciam & ab eorum adhœſionibus & confidentiis non recedam. Item viſitabo Synodos ſanctas Domini noſtri Archi Epiſcopi pro tempore & ordinem divinorum *) ad Armarium **) dictæ Eccleſiæ affigendum procurabo

*) *Ordinem Divinorum.* Moris erat a temporibus antiquiſſimis ordinem Divinorum per anni proxime futuri circulum peragendorum in ſynodo ſtatutum; Item circulum Lunæ, terminum paſchalem, litteram Dominicalem, aureum numerum &c. tabulæ cuidam inſcribere, eamque cereo paſchali ad cujusvis notitiam affigere. Conferatur Du Fresne Gloſſarium voc. *Cera paſchalis.*

**) *Armarium.* Armaria. Bibliothecæ & Archivia ſub hoc nomine ſubinde veniunt, hodie idem ac ſacriſtia ſignificat, in qua veſtes ſacræ, libri chorales &c. & alia utenſilia Eccleſiæ aſſervantur. *Armariolus*, parvum armarium. *Bern. ordo cluniac. part. 1. cap. 25.*

Digitized by Google

meis ſumptibus & expenſis. Item ratione Archipresbyteratus Eccleſiæ corrigam & emendabo omnes exceſſus in oppido Pinguenſi inter plebem meam emergentes, exceptis illis qui ſpectant ad accuſationes ſynodales Domini mei Præpoſiti pro tempore, & proinde dabo ſex marchas uſuales eidem Præpoſito annuatim. Item dabo dimidiam marcham uſualem campanatori Eccleſiæ annuatim, pro eo quod Altare ad miſſam plebanalem præparabit & eandem cantare juvabit. Ordinaboque meis ſumptibus & expenſis quod pulſis Primarum ſingulis diebus tam feſtivis quam feriatis pulſetur, prout hactenus eſt conſuetum. Item nullatenus me intromittam de actibus capitularibus nec petam ad Capitulum. *Sequitur ſtatim in articulis communibus juramenti Vicariorum:* Item ſi habuero actionem &c. *per totum usque ad finem.*

Articuli jurandi per Vicarios Eccleſiæ Pinguenſis.

Ego N. Vicarius in Eccleſia Beati Martini in Pinguia ab hac hora in antea ero fidelis dictæ Eccleſiæ & perſonis ipſius, nec non utilitatem & honorem ipſorum procurabo & promovebo pro poſſe & noſſe meo; de damnis & periculis eos ubicunque

25. *Factus eſt quidam Armariolus ante faciem majoris altaris . . . in quo nihil aliud reconditur præter illa utenſilia, quæ neceſſaria ſunt ad ſolemnia dumtaxat in Conventu Agendarum, id eſt, duo calices aurei &c.*

Digitized by Google

que percepero eos præmuniam & aviſabo, nec quicquam attentabo publice vel occulte quod cedere poſſit in ipſorum etiam diviſim, damnum, præjudicium vel gravamen. Item obediam Domino Decano ipſius Eccleſiæ, qui nunc eſt & pro tempore exiſtenti & canonice intranti in licitis & honeſtis, ac debitam reverentiam & honorem faciam & exhibebo ipſi Decano & aliis Prælatis & Canonicis Capitularibus in aſſurgendo & aliis reverentiis exhibendo, prout hactenus eſt conſuetum. Item faciam continuam perſonalem reſidentiam apud Eccleſiam & non recedam absque licentia Domini Decani vel eo abſente, ſenioris poſt eum, & ſi ultra triduum abeſſe voluero, non recedam absque licentia Dominorum meorum Decani & Capituli; Et ſi ultra terminum mihi indultum abſens fuero, non debeo reſtitui niſi per Dominos Decanum & Capitulum, & non ero particeps præſentiarum niſi plenarie ſatisfecerim de neglectis & nihilominus pœnæ etiam per eosdem Dominos meos injungendæ me ſubmitto. Item horis Canonicis & aliis divinorum officiis in choro frequenter intersero, niſi fuero legitime præpeditus, easque in legendo & cantando perficere adjuvabo diligenter pro poſſe & noſſe, non me abſentando vel excuſando ſi præſentiæ non habentur. Item ſi non ſim actu ſacerdos, me faciam infra annum a die præſentis meæ admiſſionis computando ad ſacerdotium promoveri, nec ero particeps præſentiarum, niſi ſim in ordine ſubdiaconatus conſtitutus & in Eccleſia miniſtrando ad ſummum altare epiſtolam lege-

 rint

rim manifeſte. *) Item in qualibet ſeptimana celebrabo per me ipſum, vel per alium de gremio Eccleſiæ in Capella vel altari meo duas miſſas ad minus certis diebus & horis per Dominos meos Decanum & Capitulum mihi aſſignatis vel aſſignandis, niſi ex ordine me contingente fuero hebdomadarius quoad miſſas, vel ſervetur interdictum, quia tunc de hoc debeo eſſe relevatus. Item quando fuero intitulatus vel ordo me tetigerit ad aliquem actum exercendum in Officiis divinorum, curabo per me vel alium de gremio Eccleſiæ providere, ne aliqua negligentia mei parte committatur. Item obediam & parebo voluntati, beneplacitis & mandatis Dominorum meorum Decani & capituli ad ſerviendum & melius faciendum ipſis & Eccleſiæ prædictæ in omnibus & ſingulis negotiis & cauſis capitulum & Eccleſiam concernentibus, ad quas vocatus utilis vel neceſſarius fuero pro poſſe & noſſe. Et ſi fuero requiſitus, officiabo ad minus pro uno Dominorum Canonicorum in Choro, contentus ſalario duorum florenorum annuatim, ſicut ab antiquo eſt conſuetum. Et ſi Domini mei Decanus & Capitulum me in Camerarium vel computiſtam præſentiarum deputaverint, officium hujusmodi absque contradictione aſſumam ac fideliter & diligenter exercebo & contentus ero ſalario ab antiquo deputato. Item calicem, librum, caſulam, albam & alia ornamenta ad altare vel beneficium meum ſpectantia in eſſe conſervabo & meliorabo pro

*) *Iſte articulus variatur quoad Primiſſarios.*

Digitized by Google

pro poſſe, eaque non alienabo vel impignorabo, nec non ſingulis annis infra duo feſta aſſumptionis & nativitatis Mariæ Domino Decano vel alteri, cui commiſſum fuerit, ipſæ particulariter demonſtrabo. Item ad mandatum Domini Decani vel ſenioris poſt eum indicam Capitula & reſpiciam cappas chorales apportando & deportando ac induendo & exuendo Dominos Prælatos & Canonicos in Officiis Divinorum, quamdiu fuero junior in admiſſione vel junior poſt me præſens non fuerit. *) Item ſi habuero actionem contra aliquem Prælatorum, Canonicorum vel vicariorum aut ejus familiam domeſticam, non traham eosdem aliunde ad aliquod judicium quam coram Domino Decano, niſi de ejusdem Domini Decani & Capituli licentia ſpeciali. Item domum, agros vineas, prata, hortos & alias res & bona vicariæ (plebaniæ) meæ in bona ſtructura & cultura conſervabo, nec non ruinoſa reformabo, cenſus quosque redditus & alios proventus fideliter & diligenter exigam, colligam & exquiram, deperdita & alienata recuperabo pro poſſe & noſſe, Ipſorumque omnium quantitates, qualitates, ſitus & loca infra annum a die præſentis meæ admiſſionis computando inquiram diligenter, & eos ac ea Dominis Decano & Capitulo in ſcriptis præſentabo, neque eos eas & ea in parte vel in toto alienabo, vendam, permutabo vel locabo absque ſcitu & voluntate Dominorum meorum prædicto-

*) Iſtos articulos jurabit plebanus usque ad finem una cum præſcriptis articulis ſuo titulo ſpecialiter applicatis.

dictorum. Item omnia ſtatuta, ordinationes & conſuetudines Eccleſiæ ſcriptas & non ſcriptas, ſcripta & non ſcripta ac etiam quascunque & quæcunque impoſterum ſtatuendas & ſtatuenda, nec non litteras quascunque ſigillo capituli ſigillatas & ſigillandas ac jura, privilegia & indulta dictæ Eccleſiæ & capituli fideliter & firmiter obſervabo & nolo umquam contravenire verbo vel facto, publice vel occulte. Item non procurabo per me vel alium litteras ambaſſiatas *) aut preces a Principibus, Prælatis, nobilibus vel aliis quibuscunque pro me ſcribi vel fieri, per quas juribus, ſtatutis vel conſuetudinibus eccleſiæ ordinatis & ordinandis ac obſervatis & obſervandis quomodolibet obvietur, nec eis utar quovis modo. Item ſi ſum de majori præſentia, dabo quatuor florenos, ſi vero de minori præſentia, dabo duos florenos in prompto ad fabricam Dominorum. Item dabo duos florenos in prompto ad veſtimenta mortuorum. Item dabo cuilibet Prælatorum quartale & cuilibet Canonicorum Capitularium reſidentium & præſentium dimidium quartale vini melioris, quod in Pinguia venditur ad ducillum. Item præſtabo Dominis de Capitulo ſufficientem cautionem infra menſem a tempore meæ admiſſionis computando per quatuor perſonas honeſtas & graves, qui una mecum litteram hujusmodi cautionis dictis Dominis meis dabunt & ſigillabunt ſecundum formam mihi per eos

*) *Litteræ* Ambaſſiatæ ſive *recommendatitiæ*. Du Freſne.

eos præſentandam, de reddendo ipſos ſimpliciter indemnes occaſione meæ vicariæ (plebaniæ). Item non permutabo nec in alium transferri procurabo meam vicariam (plebaniam) absque conſenſu & voluntate Capituli. Item nullatenus me ad Romanam curiam transferam ſine Capituli licentia ſpeciali. Item non impetrabo nec impetrari quicquam procurabo in præjudicium eccleſiæ vel perſonarum ejus aut me ab hoc juramento abſolvi, vel ſuper eodem mecum diſpenſari, nec utar hujusmodi impetratis.

Sequitur juramentum.

Ego N. Vicarius (Plebanus) in Eccleſia ſancti Martini in Pinguia juro omnia & ſingula ſtatuta per me nunc lecta aut mihi recitata, nec non quæcunque alia per Dominos meos de capitulo impoſterum ſtatuenda & alias quascunque conſuetudines & obſervantias conſuetas, bona fide, firmiter & inviolabiliter obſervare & eisdem nequaquam contravenire verbo vel facto per me vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte. ſic me Deus adjuvet & conditores ſanctorum Evangeliorum.

Articulus jurandus per Primiſſarium.

Et ſciendum, quod quamvis in adjunctis olim noviſſimis Vicariis ultimus eorundem ut in principio præſentis libri narratur, in primiſſarium Eccleſiæ pro expeditione primæ miſſæ in diluculo ante ſolis ortum pro laboratoribus & viatoribus campeſtribus ac advenis & peregrinis quotidie celebrandæ

brandæ ſalvis Dominicis ac in choro & in foro diebus celebribus fuit inſtitutus, nos conſiderantes, quod redditus deputati ad tale & tantum quotidianum perficiendum miniſterium non ſuppetebant, quodque labor quotidianus hujusmodi unum ſolum nimium fatigaret, ex his & aliis rationabilibus cauſis, nec non de licentia ordinarii noſtri, ſuffragantibus etiam ad hoc Chriſti fidelium eleemoſynis adjunctis pro congrua ſuſtentatione videlicet prædicti & ſubſcripti adjungendi vicarii ad corpora vicariarum ſuarum pro perficiendo prætacto quotidiano quaſi miniſterio vicariam & vicarium ad Altare ſancti Stephani Protho-martyris, quæ inquam vicaria in ſuo corpore inter easdem ultimo adjunctas vicarias erat debilior, conſentiente Domino Johanne de Spangenberg ejusdem altaris vicario, primiſſario prædicto ad perficiendam prædictam primam miſſam duximus adjungendum, ſic quod ipſi ambo de cetero alternatis diebus vel hebdomadis eandem miſſam procurabunt per ſe vel alios vicarios de gremio eccleſiæ exiſtentes, quod in hoc nulla penitus negligentia committatur, diebus præſcriptis perpetuo celebrari.

Sequitur Articulus.

Item primam miſſam hora conſueta videlicet in diluculo ante ortum ſolis alternative per me vel ſocium meum ſingulis diebus, exceptis Dominicis ac aliis in choro & foro feſtivis, celebrandam procurabo, cum ordo me tetigerit, per me vel aliam perſonam de gremio eccleſiæ exiſtentem, absque ulla

nulla negligentia celebrari, &, ſi quod abſit hoc negligerem, Domini Decanus & Capitulum poterunt & debebunt me corrigere & emendare in alto & baſſo *) prout ipſis placuerit, non obſtantibus allegationibus & replicationibus quibuscunque, imo nec ordo hebdomadalis in choro, cum me tetigerit, infirmitas, minutio ſanguinis, aut quæcunque occaſio vel cauſa me de hoc relevabit, niſi eccleſiaſticum interdictum vel ceſſatio publice divinorum in Eccleſia noſtra obſervetur. *Sequitur ſupra in juramento communi vicariorum.* Item quando fuero intitulatus &c. *per totum ut ſupra usque ad finem.*

Articuli jurandi per blebanos rurales in Merſpach, Wyler & Hedisheym.

Ego N. Vicarius ſive plebanus Eccleſiæ parochialis in N. ab hac hora in antea ero fidelis Dominis meis Decano aliisque Prælatis Canonicis & Capitulo Eccleſiæ ſancti Martini in Pinguia, qui nunc ſunt & pro tempore exiſtentibus, nec non utilitatem & honorem ipſorum procurabo & promovebo pro poſſe & noſſe meo, non ero in conſilio, tractatu vel facto, in quo de damno ipſis vel eorum occaſione inferendo tractetur, ſed ubicunque & quandocunque damna & pericula eorum percepero, eos præ-

*) *In alto & baſſo.* Alte & baſſe. De omni jure, ſine modo & conditione, apud *Baluz. Tom. 2. Hiſtor. Arvern. pag. 291.* Poſſint ordinare, declarare, addere, detrahere. . temperare ac litteras. . dictare de alto & baſſo & pro ſuæ omnimodo libito voluntatis.

præmuniam & aviſabo, nec quicquam attentabo publice vel occulte, quod cedere poſſit in ipſorum conjunctim vel diviſim, damnum, præjudicium vel gravamen. Item obediam eisdem Dominis meis Decano & Capitulo in licitis & honeſtis, ac ipſis Dominis meis Prælatis, Canonicis & Capitulo debitam reverentiam & honorem faciam & exhibebo. Item fideliter & diligenter promovebo eosdem Dominos meos & Eccleſiam Pinguenſem tam in ſermonibus faciendis, quam in confeſſionibus audiendis, & alias, ubicunque potero publice vel occulte, quod eis Decima, qualiscunque fuerit, nec non cenſus, bona & alia quæcunque ad eos & eorum eccleſiam ſpectantes & ſpectantia infra limites parochiæ meæ prædictæ & attinentiis ipſius ſitos vel ſita, cedentes vel cedentia fideliter & integraliter perſolvantur & eorum nuntios ſive Officiatos honorabo & promovebo, ut ea conſequantur. Item faciam continuam perſonalem reſidentiam in vicaria ſive plebania mea & inhabitabo domum dotis meæ. Item ero contentus de portione mihi aſſignata in bonis & rebus ac redditibus & proventibus, ſicut hucusque Vicarii ſeu plebani anteceſſores mei pro tempore habuerunt & receperunt, & ultra non petam vel exigam ſive Dominos meos prædictos pro pluribus moleſtabo, in judicio ſpirituali vel ſeculari aut extra judicium vel alias quovis modo. ac de attinentiis ipſorum tam in Decima quam alias me nullatenus intromittam, nec eos impediam vel impediri per quempiam procurabo. Item vicariam ſive plebaniam meam & plebem ejusdem in debitis

Di-

Divinorum obſequiis, animarum cura, adminiſtratione ſacramentorum & aliis incumbentibus oneribus reſpiciam diligenter, & non committam vel fieri permittam aliquam negligentiam in his quæ ſpectant ad curam & regimen earundem, & ſi in hoc negligens repertus fuero, ſtabo & ſubmittam me correctioni Dominorum meorum prædictorum, Et ſi deſuper monitus per eosdem non paruero infra menſem, ex tunc poterunt me amovere & alium in locum meum ponere absque contradictione mea, & ut ſic amotus ego me de cœtero de dicta Eccleſia & ejus pertinentiis nullatenus intromittam, neque dictos Dominos meos vel perſonam in locum mei ut ſic poſitam infeſtabo vel inquietabo, aut eidem vel eisdem movebo litem conjunctim vel diviſim. Item obediam & parebo voluntati, beneplacitis & mandatis Dominorum meorum prædictorum ad ſerviendum & melius faciendum ipſis & Eccleſiæ ſuæ Pinguenſi prædictæ in omnibus & ſingulis negotiis & cauſis Capitulum & Eccleſiam concernentibus, ad quas vocatus utilis vel neceſſarius fuero, pro poſſe & noſſe. Item calicem, librum, caſulam, albam & alia ornamenta ad vicariam ſive plebaniam meam ſpectantia in eſſe conſervabo & meliorabo pro poſſe, eaque nullatenus alienabo vel impignorabo, nec non ſingulis annis infra feſta Aſſumptionis & Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis ipſa particulariter demonſtrabo illi, cui ex parte Dominorum meorum prædictorum fuerit commiſſum. Item ſi habuero actionem contra aliquem Prælatorum, Canonicorum vel Vicariorum dictæ

Eccleſiæ aut ejus familiam domeſticam, recipiam juſtitiam & e converſo dabo juſtitiam coram Dominis Decano & Capitulo & ſtabo eorum determinationi. Si vero contra Capitulum actionem habuero, ſtabo ſententiæ Domini Præpoſiti vel ejus officialis & non traham eos aliunde. Item domum, curiam, agros vineas, prata, hortos & alias res & bona plebaniæ meæ in bona ſtructura & culturo conſervabo & conſervari procurabo, ruinoſa reformabo, cenſus quoque, redditus & alios proventus fideliter & diligenter exigam, colligam & exquiram, dependita & alienata recuperabo pro poſſe & noſſe, Ipſorumque omnium qualitates, quantitates, ſitus & loca infra annum a die præſenti computandum inquiram diligenter, & eos ac ea Dominis Decano & Capitulo in ſcriptis præſentabo. Neque eos, eas & ea in parte vel in toto alienabo, vendam, permutabo vel locabo absque ſcitu & voluntate Dominorum meorum prædictorum. Item litteras quascunque ſigillo Capituli ſigillatas & ſigillandas ac jura privilegia & indulta Capituli & Eccleſiæ Pinguenſis fideliter & firmiter quantum me concernunt, obſervabo, & nolo eis unquam contravenire verbo vel facto, publice vel occulte. Item non procurabo per me vel alium litteras ambaſſiatas aut preces a Principibus, Prælatis, nobilibus vel aliis quibuscunque pro me ſcribi vel fieri, per quas juribus ſtatutis, conſuetudinibus & ordinationibus Capituli & Eccleſiæ Pinguenſis ac meæ Vicariæ ſive plebaniæ quomodolibet obvietur, nec eis utar quovis modo. *Iſti duo ſubſequentes*

tes

Digitized by Google

tes articuli concernunt duntaxat plebanum in Wyler. Item ero obediens Dominis meis Præpoſito meo Pinguenſi & ejus officiali, nec non Domino Decano Pinguenſi curando & exequendo ipſorum mandata mihi dirigenda. Item cauſis & appellationibus Dominorum Decani & Capituli prædictorum adhœrebo & iis, quibus ipſi adhœrebunt, confidentiam faciam, nec ab adhœſione & confidentia hujusmodi recedam. *Continuatio articulorum communium ad præmiſſa.* Item dabo cuilibet Prælatorum quartale & cuilibet Canonicorum Capitularium reſidentium & præſentium dimidium quartale vini melioris, quod venditur in Pinguia ad ducillum. Item præſtabo Dominis de Capitulo ſufficientem cautionem infra menſem a die præſenti computando, per quatuor perſonas honeſtas & graves, qui una mecum litteram cautionis hujusmodi dictis Dominis meis dabunt & ſigillabunt ſecundum formam mihi per eos præſentandam, de obſervando præſcripta & reddendo eos ſimpliciter indemnes occaſione Vicariæ ſeu plebaniæ meæ præſcriptæ. Item non permutabo nec in alium transferri procurabo vicariam ſive plebaniam meam prædictam absque conſenſu & voluntate Capituli Eccleſiæ Pinguenſis. Item non me transferam ad Romanam curiam ſine ejusdem capituli licentia ſpeciali. Item non impetrabo nec impetrari quicquam procurabo in præjudicium Eccleſiæ & Capituli Pinguenſis atque vicariæ ſive plebaniæ meæ, aut me ab hoc juramento abſolvi, vel ſuper eodem mecum diſpenſari, nec utar hujusmodi impetratis.

Digitized by Google

Sequitur juramentum.

Ego N. Vicarius ſive plebanus Eccleſiæ parochialis in N. juro omnia & ſingula ſtatuta per me nunc lecta aut mihi recitata, nec non quæcunque alia per Dominos meos de Capitulo impoſterum ſtatuenda, & alias quascunque conſuetudines & obſervantias conſuetas, bona fide, firmiter & inviolabiliter obſervare & adimplere, & eisdem nequaquam contravenire verbo vel facto per me vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte. Sic me Deus adjuvet & Conditores ſanctorum Evangeliorum.

Articuli jurandi per Capellanos & Altariſtas rurales.

Ego N. beneficiatus in N. ab hac hora in antea ero fidelis Dominis meis Decano, Capitulo & Canonicis Eccleſiæ Pinguenſis, nec non utilitatem & honorem ipſorum procurabo & promovebo pro poſſe & noſſe, non ero in Conſilio, tractatu vel facto in quo de damno ipſis inferendo tractetur, ſed ubicunque & quandocunque damna & pericula eorum percepero, ipſos aviſabo, nec quicquam attentabo publice vel occulte, quod cedere poſſit in ipſorum conjunctim vel diviſim damnum, præjudicium vel gravamen. Item obediam eisdem Dominis meis in licitis & honeſtis, eisque debitam reverentiam & honorem faciam & exhibebo. Item beneficium meum in debitis divinorum officiis non defraudabo. Item calicem, librum, caſulam, albam & alia ornamenta ad beneficium meum ſpectan-

Digitized by Google

ctantia in eſſe conſervabo & meliorabo pro poſſe, eaque nullatenus alienabo vel impignorabo. Item dabo & recipiam juſtitiam, ſi aliquam actionem habeam contra perſonas eccleſiæ vel eorum familiam coram Domino Decano ejusdem Eccleſiæ, Item Domum, agros, vineas, prata, hortos & alia bona beneficii mei in bona ſtructura & cultura conſervabo, ruinoſa reformabo, deperdita & alienata recuperabo pro poſſe & noſſe; redditus quoque & proventus ejusdem diligenter exquiram, ipſosque infra annum præſentem capitulo prædicto in ſcriptis præſentabo, atque eosdem non alienabo, vel locabo absque dicti capituli voluntate. Item cauſis & appellationibus Dominorum meorum prædictorum adhœrebo & iis quibus ipſi confidentiam facient, confidam & ab eis non recedam. Item dabo cuilibet Prælatorum quartale & cuilibet Canonicorum Capitularium reſidentium & præſentium dimidium quartale vini melioris, quod venditur in Pinguia ad ducillum. Item præſtabo Capitulo ſufficientem cautionem infra præſentem menſem, de obſervando præſcripta & reddendo ipſum indemne occaſione beneficii mei præſcripti. Item non permutabo nec in alium transferri procurabo dictum meum beneficium absque conſenſu & voluntate capituli prædicti. Item non me transferam ad Romanam curiam ſine ejusdem capituli licentia ſpeciali. Item non impetrabo nec impetrari quicquam procurabo in præjudicium Eccleſiæ & perſonarum ejus, & impetratis non utar quovis modo. Sic me Deus &c.

Digitized by Google

Articuli jurandi per Socium ſive Capellanum Plebani & Archi-presbyteri bujus Eccleſiæ.

Ego N. actu in ſacerdotio conſtitutus juro, quod ab hac hora in antea ero fidelis Eccleſiæ beati Martini in Pinguia & perſonis ipſius, ac utilitatem & honorem ipſorum procurabo & promovebo pro poſſe & noſſe meo, de damnis & periculis eorum ubicunque percepero, eos præmuniam & aviſabo, nec quicquam attentabo publice vel occulte, quod cedere poſſit etiam diviſim in ipſorum damnum, præjudicium vel gravamen. Item obediam Domino Decano ipſius Eccleſiæ qui nunc eſt & pro tempore exiſtenti & Canonice intranti in licitis & honeſtis ac debitam reverentiam & honorem faciam & exhibebo ipſi Decano & aliis Prælatis & Canonicis Capitularibus ac aliis perſonis Eccleſiæ juxta decentiam & ſtatum cujuslibet ipſorum. Item diligenter & fideliter promovebo eosdem Dominos meos & fabricam ipſorum tam in ſermonibus faciendis quam in confeſſionibus audiendis, & alias ubicunque potero, publice vel occulte, & quod eis Decima, qualiscunque fuerit, nec non cenſus, bona & alia quæcunque ad eos & dictam Eccleſiam ſpectantes & ſpectantia, nec non vagæ reſtitutiones ad dictam fabricam integraliter perſolvantur, in teſtamentis quoque vel alias quomodolibet pro animarum remedio etiam legatis vel relictis, toties quoties duas partes ad communes chori præſentias convertendas Dominis meis prædictis præſentabo & de tertia reſidua parte Domino meo plebano reſpon-

ſpondebo, fraude, ſara & dolo penitus poſtergatis. Item confuſiones, & ſcandala in choro & foro vitabo, ac onera mihi incumbentia fideliter ſupportabo, ſic me Deus adjuvet &c.

Articuli jurandi per Rectorem Scholarum.

Ego N. Rector Scholarum Eccleſiæ Pinguenſis juro, quod ab hac hora in antea, ero fidelis dictæ Eccleſiæ & perſonis ejus, & ipſorum honorem, & utilitatem procurabo & promovebo pro poſſe & noſſe, ipſisque reverentiam debitam exhibebo. Item Scholares meos in legendo, cantando, conſtruendo & aliis diſciplinis Scholaſticis ac morum honeſtate diligenter informabo. Item in choro & foro proceſſiones & ordinem Scholarium, ut decenter & honeſte in habitu & moribus incedant & in cantu non diſſonent, diligenter advertam, Scholaresque truſantes *) & garrulantes ſignari faciam, ipſosque pro hujusmodi & aliis delictis & exceſſibus corrigam, cum tali moderatione, quod parentes ipſorum de hoc non habeant occaſionem legitimam conquerendi. Item ſtabo contentus de ſalario ſicut conſuetum eſt ab antiquo & de nepotibus ac conſanguineis Prælatorum & Canonicorum nil petam, niſi quod ſponte duxerint offerendum. Item lectiones & cantum per Scholares in Choro & extra faciendа diſponam prout hactenus eſt conſuetum, vel ſecundum quod Domini Decanus & Capitulum duxe-

*) *Truſantes.* Jocantes, petulantes, nugantes. *Du Freſne.*

xerint ordinandum. Item ad cantandum & legendum pro informatione ſcholarium alios libros non recipiam, niſi quos dicti Domini mei ad id deputaverint & eosdem faciam deportari hinc inde, ac tractari tam in choro quam in ſcholis quod non maculentur vel lœdantur. Item non prohibebo Scholares in choro pulſare campanas aut in aliis honeſtis, cum opus fuerit, miniſtrare. Item ſi rixa vel diſcordia fuerit orta inter perſonas Eccleſiæ, inſtabo pro pace & non ero partialis. Item in cauſis meis contra perſonas Eccleſiæ & ipſorum familiam dabo & recipiam coram Domino Decano juſtitiæ complementum. Item in omnibus & ſingulis ſervabo ſtatuta ordinationes & conſuetudines Eccleſiæ me concernentes, fraude & dolo excluſis. Item debeo cum dimittere voluero Rectoratum, Dominos meos prædictos de hoc ad quartale anni prius aviſare. Sic me Deus adjuvet &c.

Sequuntur Articuli jurandi pro petente licentiam ad Romanam curiam vel ad ſtudium Privilegiatum.

Ego N. &c. juro, quod fidelitatem Eccleſiæ Pinguenſis & perſonarum ejusdem per me prius juratam fideliter exercebo honorando & promovendo Dominos meos Decanum & Capitulum ac ſingulares Canonicos & perſonas Eccleſiæ prædictæ ubicunque potero, ipſosque de damnis & periculis eorum, ſi quæ eis communiter vel diviſim imminere percepero, pro meis viribus defendam & præmuniam, nec quicquam attentabo vel impetrabo aut impetrari procurabo, quod cedere poſſit in ipſo-

ipſorum ſeu dictæ Eccleſiæ conjunctim vel ſeparatim damnum præjudicium vel gravamen aut per quod privilegiis, ſtatutis, ordinationibus & conſuetudinibus ejusdem Eccleſiæ quomodolibet obvietur; quodque eadem privilegia, ſtatuta, ordinationes & conſuetudines nihilominus obſervabo, nec ipſis contraveniam quovis modo. ſic me Deus &c.

Articuli jurandi pro petente conſenſum permutandi.

Ego N. juro, quod non revelabo ſecreta Capituli & Eccleſiæ Pinguenſis, quæ quomodolibet cognovi, niſi de licentia & expreſſa voluntate Decani & Capituli ejusdem Eccleſiæ. Item Eccleſiam eandem & ejus perſonas honorabo & utilitatem eorum promovebo ac de damnis ſi quæ ipſis imminere ſenſero, eos aviſabo pro poſſe & noſſe. Item ſi aliquam actionem usque in præſentem diem habui vel habere prætendo contra Decanum, Capitulum, Canonicos, Vicarios, Officiatos aut familiam domeſticam ipſorum vel contra Eccleſiam Pinguenſem communiter vel diviſim, non traham eos ad aliquod judicium extra oppidum Pinguenſe, ſed contra Decanum Capitulum & Eccleſiam coram Domino Præpoſito vel ejus Officiali, contra ſingulares vero perſonas prætactas coram capitulo quærimoniam faciam & ibidem recipiam juſtitiæ complementum. Item quod non recedam de Pinguia niſi prius ſatisfacto per me Eccleſiæ ac omnibus & ſingulis perſonis ejusdem & familiæ ipſorum, ſi cui-

cuiquam in aliquo teneor vel ſim obligatus. ſic me Deus adjuvet &c.

Articuli ſervandi circa Canonicos exemptos auctoritate Domini noſtri Archiepiſcopi Moguntini pro tempore.

Quamvis Dominus noſter Archi-Epiſcopus etiam ex diſpoſitione juris communis eligere habeat duos canonicos in qualibet collegiata Eccleſia ad recipiendum eosdem in ſuos capellanos, ipſosque capellanos eximere a perſonali reſidentia & chori frequentatione; Tales tamen ſic exempti in Eccleſia noſtra tenentur nihilominus Eccleſiam noſtram & perſonas ejusdem apud ipſum Dominum noſtrum Archiepiſcopum & in ſua curia fideliter promovere, recipientque integrum corpus præbendale, abſentium pœna abſoluti; de quotidianis diſtributionibus quæ præſentiæ nuncupantur, nil penitus percepturi, quas ſi petere vel exigere conarentur, ſtatim eo ipſo caderent a jure exemptionis ſuæ, prout ex conſuetudine hujus Eccleſiæ eſt ſervatum ab antiquo. Item omnia onera chori ipſos in ſuo ordine concernentia, ordinabunt expediri per alias perſonas de gremio Eccleſiæ exiſtentes ſuis ſumptibus & expenſis, ſic quod ex eorum abſentia nulla penitus in choro quoad debitum ipſorum negligentia committatur. Item ad expenſas colligendi fructus & redditus præbendales & alias communes Canonicales diſtributiones & onera impoſita vel imponenda, portiones ipſos contingentes prout alii Ca-

Canonici non exempti perſolvere & expedire tenebuntur. Item Capitulis generalibus ad tractandum de neceſſitatibus & factis Eccleſiæ, ſi commode venire poterunt, tenentur intereſſe. Item de damnis & periculis eccleſiæ & perſonarum ejus ſi imminere perceperint, tenentur easdem quantocyus præmunire.

Articuli jurandi per Campanatorem.

Ego N. Campanator Eccleſiæ ſancti Martini Pinguenſis juro quod ab hac hora in antea ero fidelis dictæ Eccleſiæ & perſonis ejusdem & præcipue Domino meo Cuſtodi pro tempore, eisque obediam in licitis & honeſtis ac reverentiam & honorem debitos exhibebo. Item quod ornamenta, calices, libros & res alias quascunque mihi commiſſa & commiſſas ad meam curam & cuſtodiam ſpectantia & ſpectantes fideliter diligenter ac munde cuſtodiam & conſervem & absque lœſione exponam & reponam pro poſſe & noſſe. Item quod de iis Dominis meis Decano, Capitulo & Cuſtodi faciam computum & rationem quandocunque & quotiescunque fuero requiſitus. Item quod deperdita ex eisdem mei culpa vel negligentia plene reſtaurabo meis ſumptibus & expenſis. Item quod omni nocte dormiam in ſacriſtia vel alio loco congruo mihi in Eccleſia vel choro deputato, niſi de licentia Dominorum meorum me contigerit abeſſe, & tunc loco mei alium fidelem usque ad mei reditum ordinabo, vanaque & vaga conſortia vitabo, ac horis debitis claudam & aperiam chorum & Eccleſiam & hora

de-

Digitized by Google

debita intrabo ad dormiendum in loco, quo ſupra. Item quod pulſationem horarum & alia ſigna campanarum debitis temporibus & juxta dictorum Dominorum meorum Decani, Capituli & Cuſtodis diſtinctionem faciam cum bona diligentia absque fara. Item quod luminaria chori per Dominum meum Cuſtodem procuranda tam in cera quam in oleo accendam & extinguam ac diſtribuam debitis horis ac debito modo & de particulis remanentibus ſibi faciam debitam & legalem rationem. Item quod guttas candelarum nec non lumina funeralia & oblationes quascunque in cera vel oleo ad Dominum meum Cuſtodem & ſuum Officium ſpectantia diligenter exigam & fideliter colligam & conſervabo pro utilitate dicti Domini Cuſtodis in relevamen onerum per ipſum ſupportandorum, nec eas aut ea extra chorum & divina in uſum meum convertam quovis modo. Item quod a celebrantibus primas miſſas nec non & ſtationariis ac quibuscunque aliis adventitiis Domino meo Cuſtodi pro ſuis luminaribus & aliis impenſis debitam vel conſuetam repenſam faciendam petam & exigam, & ipſi Domino meo Cuſtodi integraliter præſentabo. Item quod omnia & ſingula alia onera mei officii diligenter ſupportabo. Item jura, redditus, proventus, obventiones & emolumenta quæcunque & quoscunque ad dictum meum officium ſpectantes & ſpectantia in eſſe conſervabo, deperdita & alienata recuperabo pro poſſe & noſſe & de his ſingulis annis faciam regiſtrum, quod & ipſi Domino meo cuſtodi in ſcriptis præſentabo quandocumque fuero de-

deſuper requiſitus; ſic me Deus adjuvet & conditores ſanctorum Evangeliorum.

Sequitur juramentum ſtabellarii.

Zum erſten globen und ſweren ich N. ſtebeler myn Hern Dechin und dem Capitel yn getruwn und holt und gehorſam zu ſyn vor yrmn ſchaden zu waren wo ich daz erfuen, Es were off dem felde oder in der ſtat, und wo des noit iſt.

Ich globen und ſwere unſern Hern zum Dummn und den obgenenten myn Hern von dem Capitel zu Byngen als von des groſen wyn zehenden wegen in dem herbſt, den zu begern und zu beſehen, Knecht an zu richten helffen und zu furderen getruwelichen nach alle myner herren notze und frommen.

Item ſal ich die Budden und faſche vor herbſte beſeen und was noit iſt zu bynden, bynden laiſſen und bereiden mit wiſſen myner herren zu dem Dummn Dienner dieſelben budden, was des in das felt noit ſin, auch beſtellen nach allem myner herren beſten notze und fromme und die auch furter nach dem beſten zu bewaren.

Item ſal ich myn hern von dem capitel zu Byngen irn cleinen zehenden beſeen und den begeen wo derſelbe ir cleine zehenden an oder usgeet, in dem herbſt Knecht, furlüte und anders wes des noit iſt, beſtellen zu dem beſten mit wiſſen und willen myner herren von dem capitel oder die dazu beſcheden weren.

Item

Item werz ſache daz noit geſchehe, das man in der marcke wingarten beſeheen ſolde obe ſie in buwelichen Buwe legen oder nit und nemelichin deil gut we zu beſeheen obe iz noit wu ſteyn zu ſetzen, die da heizen ſcheide ſteyn oder marckſteyn in einchen wingarten oder fuſſt, da ich zu gehorte, da ſal ich by geen und die helfen ſetzen und bewaren, nach mynem beſten ſinn, niemand zu liebe oder zu leide mit mynen midgeſellen den geſwornen und ich alz ein geſworen mynen herren in dem capitel zu Byngen, auch wez daz es unſern herren zu dem Dumme zu Mentze oder mynen heeren in dem ſtifft zu Byngen noit wer, ir teilgut zu begeheen zu rechter zyt und wan dan alſo geheiſchen werde, von wellichime daz ſy oder geſchiet, ſo ſal ich myn midegeſellen die geſworn Verboden und daz uzrichten nach dem beſten, wart ich eines erſter ſal ſie derſelben ſachen.

Item ſie auch ande' conſuetudines in dem obgenanten ſtifft zu Byngen, die nit geſchriben ſin, wie die ſint da ſal ich mich laiſſen underwiſſen von mynen herren dem Dechan und capitel des ſtiffts zu Byngen. &c. &c.

Sequitur dein in eodem libro ex una pagina picta imago Crucifixi; ex altera: initium ſancti Evangelii ſecundum Johannem.

Pag. 30. habetur: ſtatutum ſuper ſtatu Scholaſticorum & promotorum ſeu promovendorum noviter ad præbendas. &c. hoc ſtatutum vide Tom. I, Subſid. Diplomaticorum pag. 173.

Alia

Alia & juniore manu ſc. ao. 1562. in fine libri additum eſt:

Statutum de Cenſibus Capitularibus diſtribuendis.

Cum hactenus conſuetudinis in hoc noſtro Collegio Pingienſi fuerit, quod cenſus Capitulares ac præſertim in pecuniis inter Prælatos & Canonicos capitulares poſt feſtum Trium Regum diſtribuerentur, & quicunque ejusmodi diem feſtum vita comite non attigiſſet, etiamſi per totius anni ſpatium vixiſſet, ſua portione in pecuniis in totum privaretur; quod quidem quaſi parum juſtum imo potius in fraudem ac detrimentum Capitularium perſonarum factum eſſe credibile eſt, omnesque pro gravamine non minimo reputarunt; Nos itaque Joannes Textoris Decanus, Martinus Coci Scholaſticus, Simon Carpentarii Cantor, Joannes Coci cuſtos & Johannes Kleidt Plebanus Canonici Capitulares pro tunc dicti collegii Capitulum repræſentantes, ut ejusmodi conſuetudini peſſimæ obviaremus atque mederemur, ſtatuimus, ordinavimus & pro perſonarum commodo conſultius reputavimus, qualiter in poſterum in hac parte pro rato obſervari velimus eo, ut ſequitur, modo. Primo quod quilibet Prælatus atque Canonicus Capitularis reſidens, qui in feſtivitate Divi Johannis Baptiſtæ primis veſperis præſens interfuerit, ſua portione in ſiligine potietur; qui vero iſtum terminum non ſupervixerit, ejus portio in quatuor partes ſecundum quatuor partes anni dividetur, & quot quot partes anni vixerit, tot partes ſuæ portionis in ſiligine recipiet. Aliter obſervatur cum anno defuncti.

functi. ſimili modo etiam obſervabitur in diſtributione vini Capitularis, cujus qui particeps eſſe voluerit, primis veſperis Nativitatis B. Mariæ Virginis præſens intereſſe debet. ſi vero citius obierit, ejus portio dividetur ſicut ſupra in ſiligine. Qui autem in feſto S. Martini Epiſcopi Patroni noſtri primis veſperis interfuerit, in pecuniis participabit; ſi vero citius moreretur, ſecundum partes anni, quibus vixerit, portionis ſuæ partes obtinebit; abſentiam vero perſonarum Capitularium rationabilis cauſa ſemper excuſabit. Acta & perpetuis temporibus obſervanda unanimi conſenſu concluſa ſunt hæc in domo Capitulari, Dictis Dominis Decano & Capitulo capitulariter congregatis. Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, Sabbatho poſt Galli.

Plura ſuo die dabimus in notitiis hiſtorico-diplomaticis de Oppido Pinguia & ejusdem Collegiata Divo Martino Sacra.

LXIII.

DEHORTATORIÆ IN VIOLATORES IMMVNITATIS ECCLES. FRANCOF.

C*onradus* Dei gratia ſancte Maguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Devoto noſtro dilecto plebano in opido Franckfurt. ceteriſque plebanis & viceplebanis ſeu divinorum rectoribus Clericis & notariis

tariis publicis quibuscumque per noſtras civitatem & diœceſin ubilibet conſtitutis ſalutem in Domino & mandatis noſtris firmiter obedire ſicut enim tradit antiquitas laicos clericis opido fore infeſtos, quod etiam preſentium temporum experimenta manifeſte declarant ex eo quod ipſi Laici ſuis terminis non contenti nituntur in vetitum & ad prohibita frena ſua relaxant non attendentes quantum ſit in clericos eccleſiaſticasque perſonas & bona ipſorum interdicta poteſtas libertatem & immunitatem eccleſiaſticam ledere & minuere moliuntur Eccleſiarum prelatis eccleſiis eccleſiaſticisque perſonis regularibus & ſecularibus frequenter imponunt onera gravia ut deterioris condicionis factum ſub eis ſacerdotium videatur quam ſub pharaone fuerit qui legis divine notitiam non habebat. Ille quidem omnibus aliis in ſervitutem redactis ſacerdotes & poſſeſſionem eorum priſtine promiſit libertate gaudere, Idcirco expedit ymmo neceſſarium eſt, quod per diligentiam prelatorum curam Eccleſiarum & perſonarum earundem habentium contra talium uſus & conamina oportunum remedium apponatur, ut eccleſie eccleſiaſticeque perſone in plenitudinem juris ſui & libertatis integritate letentur & deteſtabilis malignorum audacia propulſetur. Ad noſtram igitur jam dudum & continue quod dolenter referimus experientia etiam docente pervenit notitiam quod Magiſtri civium Scabini Conſules majores & pociores nec non Communitas in dicto opido Franckfurt. noſtre dioceſ. temporalem ſe habere poteſtatem pretendentes moleſti fuerint & ſunt nimium, eccleſiis

 mo-

monaſteriis hoſpitalibus Zenodochiis & perſonis ecclesiaſticis tam regularibus quam ſecularibus ibidem commorantibus ſuper pluribus & infeſti ipſisque per multos annos elapſis notorie gravia onera & munera impoſuerunt & adhuc imponere non ceſſant, & ut ex multis gravaminibus & oneribus pauca perſtringamus eos talliant collectas & exactiones ab ipſis & de redditibus ſeu proventibus prebendarum & beneficiorum ſuorum & ſimiliter de legatis ad pios uſus videlicet ad exequias & anniverſaria defunctorum peragendas ad luminaria eccleſiarum ibidem nec non ad elemoſinas pauperibus erogandas certam portionem ſeu quotam contra canonicas & legitimas ſanctiones quolibet anno a penſionariis & cenſitis eccleſiarum & clericorum detineri & ſibi preſentari precipiunt, & de quolibet maldro ſiliginis vel tritici & ſalis quibus dicte perſone eccleſiaſtice in ſuis domibus & cum ſua familia utuntur viginti vel triginta hallers. quod vulgariter Malgelt vel Saltzgelt nominatur ibidem a clericis & eccleſiaſticis perſonis notorie exigunt & extorquent. Inſuper decimas novalium ad eccleſias ibidem ab antiquiſſimis temporibus ſpectantes ſuis uſibus uſurpant, jurisdictionem eccleſiaſticam ibidem impediunt & evacuant totque alia onera & gravamina prefati cives & opidani dictis eccleſiis Monaſteriis hoſpitalibus Zenodochiis & perſonis eccleſiaſticis contra Deum & juſtitiam directe & indirecte intulerunt & adhuc inferre non ceſſant arbitrantes agenda ſua fere cuncta de bonis eccleſiarum & clericorum pauperum Chriſti uſibus deputatis expedire

eos-

eosque tam multipharie moliuntur ſubicere ſervituti, ut ipſis eccleſiis & clericis quod Jeremias deplorat competere videatur. ſcilicet princeps provintiarum facta eſt ſub tributo. Super quibus gravaminibus oneribus & exactionibus prefatos Magiſtros civium, Scabinos conſules & communitatem in quam pluribus amicabilibus placitis ad hoc aſſignatis per noſtros conſiliarios ut ab eisdem deſiſterent & exacta ſeu ablata reſtituerent inſtanter requiri fecimus & requiſivimus quod tamen ipſi cauſis rationabilibus ceſſantibus facere recuſarunt & adhuc recuſant. Verum quia prenarrata munera & gravamina adeo notoria ſunt & manifeſta quod nulla poſſunt tergiverſatione celari, Nosque ea ſurda aure ulterius propter commiſſum nobis paſtorale officium impunita tranſire non poſſumus, Volentes eccleſias & perſonas eccleſiaſticas nobis commiſſas & ſubjectas in ſuis libertatibus pro ut ex debito noſtri officii neceſſario ſumus aſtricti in quantum poſſumus confovere. totque temerariis auſibus congruis preſidiis juxta Canonicas Sanctiones obviare vobis omnibus & ſingulis ſupradictis qui deſuper requiſiti fueritis vel fuerit requiſitus ſub pena excommunicationis quam in vos & veſtrum quemlibet hujusmodi mandatis noſtris non parentem vel parentes canonica tamen monitione premiſſa in hiis ſcriptis ferimus diſtricte precipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis preſentibus accedatis vel alter veſtrum ubi & quo propter hoc fuerit accedendum accedat, & prefatos Magiſtros civium ſcabinos conſules & communitatem cum eorum fautoribus mo-

neatis quos & nos preſentibus ammonemus ut infra duos menſes poſt inſinuationem ſeu notificationem preſencium ipſis factam ab omnibus & ſingulis muneribus gravaminibus & oneribus ſupradictis deſiſtant in totum & omnino nec tallias collectas vel exactiones quaſcunque Eccleſiis Monaſteriis hoſpitalibus Zenodochiis vel perſonis eccleſiaſticis ſupradictis ſeu bonis ipſorum contra eccleſiaſticam libertatem imponere vel exigere ab eisdem de cetero preſumant quodque exacta ſeu ablata ab Eccleſiis & perſonis ſupradictis occaſione hujusmodi collectarum talliarum exactionum ſeu gravaminum infra tempus ſupradictum integraliter reſtituant aut alias ſatisfaciant de eisdem, ac etiam ſtatuta edicta & conſuetudines ſeu verius corruptelas contra eccleſiaſticam libertatem introductas ſi que & quas habent & ſtatuerunt de Capitularibus ſuis infra duos menſes ſupradictos deleant & amoveant cum effectu. Alioquin dictos Magiſtros civium Scabinos & conſules & alios poteſtatem ſuper premiſſis habentes nec non eorum fautores & quemlibet ipſorum publice nuntietis excommunicationis ſententiam in tales a jure promulgatam dicto termino elapſo incurriſſe. Ipſosque & eorum quemlibet tam diu donec a premiſſis deſtiterint nec non omnia & ſingula per eos & eorum predeceſſores a prefatis perſonis eccleſiaſticis ut premittitur extorta reſtituerint & de premiſſis ſatisfecerint competenter. ſeque a premiſſa ſententia abſolvi obtinuerint tamquam publice excommunicatos artius fore evitandos & evitetis ac ab aliis faciatis evitari nullo alio noſtro man-

mandato deſuper expectato certificantes eos nihilominus quod ſi noſtre monicioni non paruerint cum effectu contra ipſos & quemlibet ipſorum per aggravationem & alias penas contra hujusmodi transgreſſores tam in civili quam in Canonico jure promulgatas etiam usque ad jnvocacionem brachii ſecularis juſtitia mediante procedere non obmittemus In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum &c. Reddite litteras ſignatas in ſignum executionis per vos facte. Datum *Eltuil* feria ſexta poſt diem Conceptionis glorioſe virginis *Marie* Anno Domini MCCCLXXXX. quarto.

LXIV.

VIOLATORES IMMVNITATIS ECCLES. EXCOMMVNICANTVR.

C*onradus* Dei gratia ſancte Maguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius univerſis & ſingulis plebanis viceplebanis & aliis divinorum rectoribus per civitatem noſtram Magunt. in *Franckinfort* in *Aſchaffinburg* in *Selginſtad* in *Diepurg* in *Frideberg* in *Geilnhuſen* & alibi ubicumque per noſtram dioceſ. conſtitutis ad quos preſentes pervenerint ſalutem in Domino ſempiternam & mandatis noſtris firmiter obedire. Licet nos alias & iam dudum Magiſtros civium Scabinos Conſules & communitatem dicti

Oppidi Franckfurt. cum eorum in hac parte fautoribus per certas noſtras litteras monuerimus ac moneri fecerimus ut infra duos menſes poſt hujusmodi monicionem ipſis factam ab omnibus & ſingulis muneribus gravaminibus & oneribus in eisdem noſtris litteris monitoriis clare ſpecificatisque ipſi clero eccleſiis Monaſteriis hoſpitalibus Zenodochiis & perſonis eccleſiaſticis tam religioſis quam ſecularibus ibidem commorantibus & beneficiatis in bonis ſuis & rebus notorie intulerunt & impoſuerunt & adhuc inferre & imponere non ceſſant omnino & in totum deſiſterent, nec tallias collectas vel exactiones quascunque eccleſiis Monaſteriis hoſpitalibus Zenodochiis vel perſonis eccleſiaſticis ſupradictis ſeu bonis ipſorum contra libertatem eccleſiaſticam imponere vel exigere ab eisdem de cetero preſumerent quodque ablata ſeu exacta ab eccleſiis & perſonis occaſione hujusmodi collectarum exactionum ſeu gravaminum infra tempus ſupradictum integraliter reſtituerent aut alias ſatisfacerent de eisdem, ac etiam ſtatuta & conſuetudines ſeu verius corruptelas contra eccleſiaſticam libertatem per eos introductas ſi que vel quas haberent vel ſtatuiſſent de ſuis capitularibus & libris infra eosdem duos menſes delerent & amoverent cum effectu. Alioquin Magiſtri civium Scabini & Conſules aliique in premiſſis culpabiles & poteſtatem habentes nec non eorum fautores & ipſorum quilibet publice nuntiari deberent. exactionis ſententiam in tales a jure promulgatam dicto termino elapſo incurriſſe, ipſosque & ipſorum quemlibet tam

diu

Digitized by Google

diu donec a premiſſis deſiſterent, nec non omnia & ſingula per eos & eorum predeceſſores vel predeceſſorum a prefatis perſonis eccleſiaſticis & eccleſiis ut premittitur extorta reſtituerent ac competenter ſatisfacerent, ſeque a predictis Sententiis abſolvi optinerent tamquam publice excommunicatos arcius fore evitandos prout hec & alia in dicta noſtre monicionis littera plenius ſunt expreſſa. Verum quia prefati magiſtri civium ſcabini conſules & communes cum eorum fautoribus hujusmodi noſtra canonica monitione & excommunicationis ſententia ſpretis a notoriis gravaminibus muneribus & oneribus ſupra dictis infra & poſt terminum eis prefixum non deſtiterant nec adhuc deſiſtunt, aliisque mandatis in noſtris litteris expreſſis minime obtemperantes, nec ea aliquatenus ſicut deberent adimplent, ymo quod deterius eſt malum malo adicientes nuper quasdam deteſtabiles ordinaciones omnino contra eccleſiaſticam libertatem utpote veridica relatione accepimus de novo confringentes in animarum ſuarum periculum dictorumque cleri eccleſiarum & Monaſteriorum prejudicium non modicum & gravamen ac noſtre jurisdictionis & clavium ſancte Matris eccleſie illuſionem pariter & contemptum quare ſepe dictos Magiſtros civium ſcabinos conſules aliosque in premiſſis culpabiles & poteſtatem habentes, nec non eorum fautores & quemlibet ipſorum inobedientes rebelles & contemptores reputantes ac ipſos & ipſorum quemlibet declaravimus in eisdem noſtris literis excommunicationis ſententiam in tales a jure promulgatam

procul dubio incurriſſe, quos ſiquidem Magiſtros civium ſcabinos conſules & eorum in hac parte complices & eorum fautores in genere & nominatim in ſpecie videlicet *Rulonem Wyze Johannem zu Eſchebach* alias dictum *Firnburg* magiſtros civium *Jacobum Clobel* ſeniorem *Adolphum Wyze Gypelonem zu Ebir*, *Jacobum Weybe*, *Henricum Holtzhuſen Johannem Froſch* ſeniorem *Junge Froſch Lawelin Lentzlin Arnoldum zu Lichtenſtein Erwinum Hartradi*, *Henricum Rebeſtock Gilbert von Glauburg* ſcabinos *Wernherum Wyze Jacobum Herdan Hertonem foyt Conrad Rebeſtock Drutmannum Johannem Burggraffen Bertholdum Heller Thomos de Bybera Rulonem in dem ſteinhuſe zu Saſſenhuſen*, *Heilmannum de Spyra Wigandum Widenbuſch Henricum Sunter* fabrum *Nicolaum Betzel Girlacum Fiſcher Johannem Sidenſticker Johan. Monys* inſtitorem *Johannem Erwin* Inſtitorem *Johann. Schefir Rupertum bysze* carnificem, *Conrad Gilberti Conrad. Noit. Jodocum de Aldenſtad Tylonem de Montebur*, *Iſenbach* ſartorem. *Henricum & Johannem de Holtzhuſſen* fratres *Sifrid. de Holtzhuſen*, *Henricum Wyze*, *Johannem* dictum *palmenecke Gerhardum Genſebeyn*, *Petrum de Bomirsheim Engel Wyze*, *Johannem Froſch* juniorem *Johannem Fritze Adolphum Wyze* juniorem *Hermannum Gul*, Conſules, *Jeckel Nubus Andream & Johannem Wyze Herburdum zur Duben Tielmannum zu Saſſenhuſen* judices ſeculares ibidem, ac alios in premiſſis culpabiles ſingulis diebus Dominicis & feſtis pulſatis nolis & candelis accenſis a Canone ſic excommunicatos in eccleſiis veſtris & alibi ubi opus fue-

rit

rit per vos & quemlibet veſtrum publice nuntiari mandaverimus tam diu donec a premiſſis gravaminibus reſipiſcerent nec non omnia & ſingula per eos & eorum predeceſſores ſeu predeceſſorem a prefatis perſonis eccleſiaſticis eccleſiis & Monaſteriis ut premittitur extorta reſtituiſſent aut alias ſatisfeciſſent competenter ac premiſſa excommunicationis ſententia abſolutionis beneficium optinerent diverſis aggravationibus noſtris deſuper ſubſecutis ac in tantum contra eosdem rebelles inobedientes & temerarios contemptores proceſſimus, quod in veſtris & cujuslibet veſtrum eccleſiis & parochiis & earum terminis per vos & quemlibet veſtrum ceſſari mandaverimus ab officiis penitus divinorum quam diu dicti rebelles inobedientes & contemptores vel alter eorum ſic excommunicati in eisdem veſtris eccleſiis & parochiis aut earum terminis preſentes eſſent moram traherent, domicilium haberent, larem foverent, aut jurisdictionem de jure vel de facto exercerent, comminantes quod nihilominus ipſis & cuilibet eorum quod ſi ipſi dictas ſententias pertinaciter ſuſtinerent & mandatis noſtris cum effectu non parerent, nos contra ipſos & ipſorum quemlibet per aggravationem & penas alias contra hujusmodi transgreſſores & rebelles in utroque jure promulgatas etiam usque ad exercitium brachii ſecularis juſtitia mediante procedere non obmittemus quemadmodum hec & alia in eisdem noſtris proceſſibus deſuper conſcriptis, & per nos contra dictos rebelles inobedientes & transgreſſores emiſſis & emanatis ac debite & legitime ipſis publice executis

tis clarius videntur contineri tamen nihil penitus per premiſſa profecimus quando dicti rebelles & inobedientes transgreſſores ipſis ſpretis malignitatis Spiritu diabolico proch dolor ſuffulti aure ſurda more aſpidis ſuas aures obduratas in dictis canonum ſententiis atque noſtris animo pharaonico indurato & obſtinato temere perſordeſcere in animarum ſuarum ſalutem diſpendium & ſcandalum xpi fidelium non abhorrent neque formidant unde creſcente contumacia & rebellione merito eciam debet de jure creſcere & pena, & quos timor Dei a malo non revocat ſaltem coherceat ſeveritas eccleſiaſtice diſcipline Igitur volentes & attendentes propter dictorum rebellium & transgreſſorum obſtinatam & induratam maliciam ad graviores penas utique procedere ſicut tenemur ; Quocirca vobis & cuilibet veſtrum qui ſuper preſencium executionem requiſiti fuerint vel alter veſtrum fuerit requiſitus Ita quod alter alterum in preſencium executione faciendа non reſpiciat vel expectet ſeu per alium ſe excuſet ſub excommunicationis pena jam late ſententie trium tamen dierum canonica monitione premiſſa quam vos & quemlibet veſtrum ipſo facto incurrere volumus. ſi ea que in hac parte contumaciter adimplere neglexeritis firmiter & diſtricte precipimus & mandamus quatenus rebelles transgreſſores & temerarios inobedientes & eorum in hac parte complices & fautores & quemlibet eorum in genere pariter & in ſpecie nominatim eorum & cujuslibet eorum expreſſis nominibus propriis & cognominibus ſupra nominatis ut premittitur excommu-

municatos & aggravatos ſingulis diebus dominicis & feſtis accenſis candelis & reextinctis & in terram projectis ac pulſis campanis & nolis & ab omnibus arcius evitandos publice nuntietis ceſſantes nihilominus & ceſſari facientes & mandantes juxta modum premiſſum in veſtris & cujuslibet veſtrum eccleſiis & parochiis & earum terminis quamdiu dicti rebelles inobedientes & temerarii transgreſſores ſic ligati excommunicati & aggravati preſentes fuerint moram traxerint Domicilium vel habitaculum habuerint. Ignem vel larem foverint aut jurisdictionem de facto vel de jure exercuerint, & poſt ipſorum & cujuslibet eorum receſſum per triduam ab officiis penitus divinorum verum quia noſtra mandata contra dictos rebelles & temerarios transgreſſores a nobis emittenda propter ipſorum tyrannidem & in ordinatam potentiam & rebellionem pro ipſorum executione eisdem facienda ad eos & ad eorum loca de facili & commode deferri non poſſunt, Ideo ſi hijdem rebelles & temerarii transgreſſores ſic excommunicati perſuaſione dyabolica per quindecim dies poſt preſencium executionem eis factam prout ſufficit monitionibus mandatis & ſententiis noſtris predictis rebelliter & contumaciter parere non curaverint realiter & cum effectu, ſed in eisdem ſententiis noſtris animo perſorduerint miſerabiliter & dampnabiliter indurato & obſtinato ex tunc eisdem xv. diebus elapſis ceſſantes & ceſſari facientes juxta modum premiſſum & poſt dictorum rebellium & transgreſſorum ſic excommunicatorum & ligatorum & cujuslibet eorum receſſum per ſex

dies

dies ab officiis penitus divinorum comminantes etiam eisdem rebellibus quod ſi ipſi hujusmodi ſententias animo pertinaci atque ſuperbo ſuſtinuerint ac mandatis noſtris predictis contumaciter parere non curaverint contra ipſos & ipſorum quemlibet, nec non & contra ipſorum complices & fautores ad graviores penas videlicet ad interdictum eccleſiaſticum & etiam ad exercitium brachii ſecularis juſticia mediante ut prefertur procedere utique non obmittemus. Reproducite litteras ſignatas veſtris ſeu alterius veſtrum ſigillis in ſignum executionis per Vos facte fideliter penis ſub predictis Datum *Maguntie* feria quarta poſt diem beati *Petri ad Vincula*. Anno Domini MCCCLXXXX. quinto.

LXV.

OMNIS COMMVNIO CVM PRÆFATIS INTERDICTA.

C*onradus* Dei gratia ſancte Maguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius Univerſis & ſingulis plebanis viceplebanis ceterisque divinorum rectoribus per noſtram civitatem Maguntin. in *Franckinford* in *Aſchaffinburg* in *Selginſtad* in *Diepurg Frideberg Geilnhuſen* ac alibi ubicumque per noſtram dioceſin conſtitutis ad quos preſentes pervenerint ſalutem in Domino ſempiternam & mandatis noſtris firmiter obedire Quamvis nos alias & jam dudum Magiſtros civium

vium ſcabinos' & conſules ac communitatem dicti opidi Franckinfurd. tum eorum fautoribus per certas noſtras litteras monuerimus ac moneri fecerimus ut infra duos menſes poſt hujusmodi monicionem ipſis factam, ab omnibus & ſingulis muneribus gravaminibus & oneribus in dictis noſtris literis clare ſpecificatis que ipſi clero eccleſiis Monaſteriis hoſpitalibus Zenodochiis & perſonis eccleſiaſticis tam religioſis quam ſecularibus ibidem commorantibus & benefactis in bonis ſuis & rebus notorie intulerunt & impoſuerunt, & ad huc inferre & imponere non ceſſant omnino & in totum deſiſterent, nec tallias collectas vel exactiones quascunque eccleſiis monaſteriis hoſpitalibus Zenodochiis vel perſonis eccleſiaſticis ſupradictis ſeu bonis ipſorum contra libertatem eccleſiaſticam imponere vel exigere ab eisdem de cetero preſumerent, quodque ablata ſeu exacta ab eccleſiis & perſonis ſupradictis occaſione hujusmodi collectarum exactionum ſeu gravaminum infra tempus ſupradictum integraliter reſtituerent aut alias ſatisfacerent de eisdem ac etiam ſtatuta & conſuetudines ſeu verius corruptelas contra eccleſiaſticam libertatem per eos introductas ſi que vel quas haberent vel ſtatuiſſent de ſuis capitularibus & libris infra eosdem duos menſes delerent & amoverent cum effectu Alioquin dicti Magiſtri civium ſcabini & conſules aliique in premiſſis culpabiles & poteſtatem habentes nec non eorum fautores & ipſorum quilibet publice nuntiari deberent excommunicationis ſententiam in tales a jure promulgatam dicto termino elapſo incurriſ-

ſe

ſe ipſosque & ipſorum quemlibet tam diu donec a premiſſis deſiſterent nec non omnia & ſingula per eos & eorum predeceſſores vel predeceſſorem a prefatis ſententiis eccleſiaſticis & eccleſiis ut premittitur extorta reſtituerent, ac competenter ſatisfacerent ſeque a predictis ſententiis abſolvi obtinerent tamquam publice excommunicatos arcius fore evitandos pro ut hec & alia in dicta noſtre monitionis littera plenius ſunt expreſſa, verum quia prefati Magiſtri civium ſcabini conſules & commune cum eorum fautoribus hujusmodi noſtra Canonica monitione & excommunicationis ſententia ſpretis a notoriis gravaminibus muneribus & oneribus ſupradictis infra & poſt terminum eis prefixum non deſtiterant nec adhuc deſiſtunt, aliisque mandatis in noſtris litteris antedictis expreſſis minime obtemperantes, nec ea aliquatenus ſicut deberent adimplerent, ymo quod deterius eſt malum malo adicientes nuper paucis diebus elapſis quasdam deteſtabiles ordinaciones omnino contra libertatem eccleſiaſticam prout nobis relatum eſt de novo confingentes in animarum ſuarum periculum dictique cleri & eccleſiarum prejudicium non modicum & gravamen nec non in noſtre jurisdictionis & clavium ſancte matris eccleſie illuſionem pariter & contemptum, quare ſepedictos magiſtros civium Scabinos Conſules aliosque in premiſſis culpabiles & poteſtatem habentes nec non eorum fautores & ipſorum quemlibet inobedientes rebelles & contemptores reputantes, ipſos & eorum quemlibet preſentibus declaramus excommunicationis ſententiam in tales

a

a jure promulgatam procul dubio incurriſſe, quo circa vobis omnibus & ſingulis ſupradictis qui deſuper requiſiti fueritis vel fuerint requiſitus ſub debito obedientie nec non ſub excommunicationis pena quam in vos & veſtrum quemlibet hujusmodi noſtris mandatis non parentem vel parentes Canonica tamen monicione premiſſa in hiis ſcriptis ferimus diſtricte precipiendo mandamus quatenus ſtatim viſis preſentibus prefatos Magiſtros civium conſules Scabinos & eorum in hac parte complices & ſpecialiter ſeu nominatim *Rulonem Wyze*, *Johannem zu Eſchebach* alias dictum *Firnburg* magiſtros civium *Johann. Clobel* ſeniorem *Adolphum Wyzen Gypelonem zum Ebir Jacobum Weybe Henricum Holtzhuſen*, *Johann. Froſch* ſeniorem *Jacobum Clobel* juniorem *Junge Froſch Laulin Lentzlin Arnoldum zu Liechtenſtein Erwinum Hartradi Heinricum Rebeſtog Girbracht zu Glauberg* ſcabinos *Wernherum Wyze*, *Jacobum Herdan Hertonem Voyt*, *Conradum Rebeſtog*, *Drutmannum Johannem Burggrafen Bertoldum Heller Thomam de Bybera Rulonem in dem Steinehuſe zu Saſſenhuſen Heilmannum de ſpira Wigandum Widenbuſch*, *Henricum Sunter* Fabrum *Nicolaum Betzel Girlacum Fiſcher Johannem Sydenſticker Johannem monis* inſtitorem *Johannem Erwin* inſtitorem *Johannem Schefir Rupertum byſſe* carnificem *Conradum Gilberti Conrad. Noit*, *Jodocum de Aldenſtad Dylonem de Montebur Iſenbach* ſartorem *Henricum & Johannem de Holtzhuſen* fratres *Sifridum de Holtzhuſen Heinricum Wize Johannem* dictum *Palmenecke Girhardum Genſebeyn Petrum de Bomirsheim Engel Wyze*

Jo-

Johannem Froſch juniorem *Johan. Pruze Adolphum Wyze* juniores, *Hermannum Gul* conſules *Jekel Nubus Andream & Johannem Wyze*, *Herburdum zur Duben*, *Dylmannum zu Saſſenheim* judices ſeculares ibidem aliosque in premiſſis culpabiles ſingulis diebus dominicis & feſtivis a canone excommunicatos pulſatis nolis & candelis accenſis in eccleſiis veſtris & alibi ubi opus fuerit publice nuntietis ipſosque & eorum quemlibet tam diu donec a premiſſis gravaminibus deſtiterint, nec non omnia & ſingula per eos & eorum predeceſſores ſeu predeceſſorem a prefatis perſonis eccleſiaſticis & eccleſiis ut premittitur extorta reſtituerint, aut alias ſatisfecerint competenter, ſeque a premiſſa ſententia abſolvi obtinuerint tamquam publice excommunicatos arcius fore evitandos & evitetis ac ab aliis evitari faciatis Et ſi hujusmodi noſtras ſententias per quindecim dies executionem preſentium eis factam immediate ſequentes animo quod abſit temere ſuſtinuerint indurato, vobis & cuilibet veſtrum ſub penis andedictis mandamus, quatenus veſtris parrochianis & ſubditis ex nunc publice inhibeatis quibus & nos preſentibus inhibemus ne ipſi aut eorum aliquis hujusmodi quindecim diebus elapſis ſupradictis reis aut eorum alicui ſeu fautoribus eorum in genere vel in ſpecie communicet hoſpitio Igne aqua emendo vendendo, molendino piſtrino, ſal cibum vel potum miniſtrando aut aliquo alio communionis genere quovismodo contrarium vero facientes minoris excommunicationis ſententias publice nuntietis incidiſſe, monentes nihilominus dictos

ctos Magiſtros civium Conſules & Scabinos prenominatos ac omnes alios & ſingulos preſcriptos tam in genere quam in ſpecie quos & nos ut ſic ammonemus per preſentes ut infra quindenam dictos quindecim dies immediate ſequentes a ſupradictis muneribus gravaminibus & oneribus ipſi clero eccleſiaſticisque perſonis & eccleſiis ut prefertur, illatis deſiſtant ablataque & exacta reſtituant realiter & cum effectu, ſeque abſolvi procurent alioquin dicta quindena elapſa ceſſetis & ceſſari faciatis in veſtris eccleſiis & parochiis ab officiis penitus divinorum quamdiu dicti excommunicati ſeu alter ipſorum in dictis veſtris eccleſiis & parochiis aut earum terris preſentes fuerint moram traxerint domicilium habuerint, lares foverint, jurisdictionem de jure vel de facto exercuerint, comminantes eis nihilominus quod ſi ipſi hujusmodi ſententias pertinaciter per terminos expreſſos ſuſtinuerint vel mandatis noſtris cum effectu non paruerint contra ipſos & ipſorum quemlibet per aggravationem & penas alias in utroque jure contra hujusmodi transgreſſores & rebelles promulgatis etiam usque ad exercitium brachii ſecularis juſtitia mediante procedere non obmittemus. Reproductis litteris veſtris ſeu alterius veſtrum ſigillo ſigillatis in ſignum executionis per vos fideliter facte. Datum *Maguntie* feria quinta poſt diem beatorum *Petri & Pauli* apoſtolorum Anno Domini MCCC. nonageſimo quinto.

Digitized by Google

LXVI.

RACHTVNG DES CLERI VND MAGISTRATS ZV FRANCF.

Wir *Conrad* von Gots gnaden des heilgen ſtuls zu *Mentze* Ertzbiſchoff des heilgen Romiſchen Riches in dutſchen landen Ertzcanceler bekennen und tun kunt offenlichen mit dieſem Brieff umb ſoliche ſpanne und zweyunge als wir von unſer paffheit wegen der drier ſtiffte ſant *Bartholomeus* ſant *Leonharts* und unſer *Frauwenberg* und ander unſer paffheit zu *Franckinfurt* gehabt han mit den erbern wiſen burgermeiſtern ſcheffen Rade und den burgern gemeynlich der ſtadt zu *Franckinfurt* daz darumb ein gutlich ſteen zuſchen uns der obgenanten paffheit, und den Von Franckinfurt beredt und betedinget iſt, daz ſelbe gutlich ſten weren ſal zehen gantze jare nehſt nach einander folginde nach datum dieſs Brieffs in der matze als hernach geſchrieben ſted, zum erſten ſallen alle gulde fruchte wyne, zinſe und gude die zu den obgenanten drye ſtiffte pfrunden, Vicarien, und andern Gots gaben daſelbſt zu *Franckfurt* gehorent diſſe vorgenante zehen jare uz fri ſie aller uffſetze und bede, und ſollent ſich die obgenante paffheit, der und anders aller Dinge der ſie zu ir Noitdorfft bedorffen gebruchen zu eſſen und zu dryncken und zu andern ir noitdorfft, und ſollent die Von *Franckfurt* die obgenante paffheit daran nyt beſweren mit malgelte

faltz-

ſaltzgelte ungelde, bede ſturn noch mit dheinerleie uffſetzen ane gruerde, und wer es daz der obgenante unſer paffheit Von ſolicher gulde fruchten wyne und gude icht uberg verlibbe daz mogen ſie verkeuffen verſchencken mit der alden maze oder veruzern nach yren notze, und ſollent auch dovon kein ungelt, oder uffſetze als vorgeſchrieben ſted geben ann geuerde. Auch ſollent die obgenante paffheide ander ir gulde und gude die zu den obgenanten ſtifften und gotsgaben nyt gehoren in die friheit dan als vil obn yn an den obgenanten gulden und guten die zu den vorgenanten ſtifften und Gotsgaben gehoren abegienge zu gebruchen, als vorgeſchriben ſted ſo mochten ſie ſich dan ander ire gulde und gude an dem abegange zu eſſen und zu dryncken gebruchen und ſulden dan davon keyne uffſetze geben als vorgeſchriben iſt ann geuerde, und waz ye dan daran uberblibbe, daran ſollen ſie ſich der friheit nyt gebruchen als vorgeſchriben ſtet, me iſt geredt daz alle gulde und zinſe die in die obgenante ſtiffte zu geluchte oder zu dem almuſen gehorent auch fry ſollen ſin, die obgenante zehin jar uz von allen ſturen und uffſetzen als vorgeſchrieben iſt ane geuerde. und wanne die obgenante zehin jare enweg und vergangen ſint, ſo ſollen wir unſer nachkomme und ſtifft die vorgenante ſtifft und paffheit zu *Franckfurt* oder nymand von unſer oder yren wegen, noch auch die obgenante ſtad Franckfurt oder nymant von yren wegen mit

 dy-

dyſem vorgenanten gutlichen ſten, und begriffe nyt behelffin noch domyde keynen beſeſſen oder vorſtand vor ſich ſetzen, dan igliche parthie ſal und mag nach der obgenanten zyt yr recht vor ir haben in aller der maze als hude zu tage vor diſſem Begriffe ane geuerde Auch ſollen alle koſte ſchaden verluſte und alle ubergriffe, ez ſy von male gelte ſaltzgelde ungelde bede oder ſture wie ſich die von diſſen zweytracht, von beden partyen von der drier ſtiffte und ander unſer paffheit wegen doſelbeſt verlauffen hat, und geſcheen ſint, und wie man die genennen mag abe ſie und ein gantz luter verzieg ſie. Auch iſt beredt von des zehenden wegen des Berges uzwendig *Haſſenhuſen*, daz wir und die erbern Dechant und Capitel des ſtiffts zu ſant *Bartholome* egenant die ſtad zu *Franckinfurt* darumb nyt betedyngen noch yn zuſprechen ſollen bynnen dyſſen dryn jaren nach einander volgende nach Datum dies Briefs und ſal auch keyn parthie von des obgenanten zehinden wegen kein nuwerecht oder fryheit geiſtlich oder werntlich daruber bynnen den obgenanten dryen jaren erwerben wo daz geſchee daz ſal keyne crafft noch macht haben und nach den egenanten dryn jaren, ſo ſal ygliche partye von des zehenden wegen yr recht vorhanden haben als hude dieſes dages. Auch bekennen wir *Conrad* Ertzbiſchoff vorgenant vor uns unſer nachkommen und ſtifft zu *Mentze* umb alſoliche anſprache ſpanne und zweytracht und forderunge, als wir zu den obgenanten

ten von *Franckfurt* und den yren gehabt han von unſir paſſheit wegen obgenant bis uff dyſen heutigen dag, und umb den Thorn den ſie uff den Kirchoff zu ſant *Leonhart* gebawet han und umb den paſſin der von den yren erſchoſſen wart und auch umb die Kirchen die ſie oder die yren in dem Kriege zuſehen den herren und ſteden waz gebrant oder geſtoret hant, oder uns anders ubergriffen hant an den ſtucken und enden als vorgeſchriben ſted, als verre als uns daz antriffet, daz wir darumb gutlich mit yn, und gentzlich geracht ſie, und verzihen daruff luterlich und zu male mit dieſſen Brieffe. Auch iſt beredt umb ſolich beſchwerniſſe und proceſſe als wir und unſer richtere getan han uf die von *Franckinfurt* oder wer do myde begriffen iſt, daz wir daz abetun ſollen, und verzihen auch uf die geiſtliche perſonen der dryer Cloiſter Prediger Barfuze, und Carmeliten orden zu *Franckinfurt* gelegen. Auch umb die gefangen als unſer Vitztum zu *Aſchaffenburg* und die des tages von unſer wegen mit ym uf dem felde geweſt ſin, ledig und lois geben ſollen uff ein alde erfride den von franckfurt abegefangen han, des iſt gutlich zuſchen uns beredt, daz wir die gefangen die in yren dinſte des tages geweſt ſie ledig und lois geben ſullen, uf ein alt orfriden und ſollent auch die von *Franckfurt Johann von Cronenberg* der alde ritter ire dyner, und alle die von yren wegen do myde begriffen ſie grie uns und den unſern, und wer do myde von unſern

ſern wegen begriffen iſt, uf die reyſigen haben allen ſchaden koſte, und verluſte die ſie dovon haben gentzlich vertzihen, und mit uns und den unſern obgenanten darumb gutlich ũnd gentzlich viracht ſie anes alle geuerde, doch wer es daz *Johan von Cronenberg* ritter der alde daruff nyt verzihen wulde, waz er dan uns und den unſern obgenanten von ſinen Knechtn und habe wegen als er mynet daz ym die unſer obgenante do an gewonnen und getan haben angewonne, daz wir oder die unſern obgenante ym von eren oder von rechte darumb von der geſchichte wegen tun ſulden, da ſollen die von Franckfurt uns von entheben ane unſer und der unſern ſchaden ane geuerde, und ſollen auch die von franckinfurt *Johan von Cronenberg* obgenant gein uns dheine hulffe oder zulegunge tun von der ſache wegen ane Geuerde des zu Orkunde, ſo han wir unſer ingeſigel an diſſen Brieff tun hencken, der geben iſt nach *Chriſti* geburten drutzehen hundert jar, und darnach in dem funff und nuntzigeſten uf des *heiligen Creutzes tage* den man nennet Exaltationis.

Alia concordia Anno MCCCCVII. ſubſecuta pluries confirmata fuit & adhuc perdurat vid. ***Actenmäſige Species facti In Sachen des Kayſerl. Wahlſtiffts &c. contra Herrn Burgermeiſter und rath zu Francfurt. 1744. adj. 1.***

LXVII.

LXVII.

ABBAS ARNSBVRG. STARE TENETVR CERTO CONTRACTVI.

Frater *Fridericus* Abbas Monaſterii in *Arnsborg* omnibus in perpetuum. Robur ſuum per proceſſum temporis amittit quevis ſollempnis actio, ſi non muniatur literarum ſtabili fulcimento; Noverint igitur univerſi tam preſentis temporis quam futuri, quod Dominus *Rupertus* miles dictus de *Heydirsheim* in remedium ſue anime & omnium progenitorum ſuorum accedente conſenſu noſtri conventus mediantibus viris diſcretis & honeſtis pro quadam ſumma pecunie comparavit a Nobis omne vinum, quod Abbates ſive cellerarii noſtre domus in curia noſtra *Ennekeim* ſingulis annis recipere conſueverunt, vel eciam quod nomine penſionis quibusdam ad tempora vite ſue miniſtratur preter quatuor carratas que ad menſam noſtram ſive ſucceſſorum noſtrorum preſentabuntur & dimidiam carratam ſacriſte ad Divinum Officium celebrandum hujuscemodi condicione mediante videlicet, ut dictum vinum a nullo ſucceſſorum noſtrorum omni excluſa occaſione vendi debeat vel poſſit nomine penſionis vel alicujus indigencie ſed fideliter collectum in cellarium commune conventus ad aliud vinum ejusdem conventus temperandum ex integro annis ſingulis in perpetuum pre-

 ſen-

ſentetur ut autem nominati militis *Ruperti* tam neceſſaria & honeſta empcio & noſtra vendicio amborumque noſtrorum preſcripta ordinacio inconvulſa permaneat & robur perpetuum obtineat, quolibet anno quo contra quippiam fuerit factum, Nos Ecclesiam noſtram ſub pena triginta marcarum nullo modo relaxandarum Ecclesie Franckenfordenſi obligamus cum ſigilli noſtri munimine per preſentes. Actum Anno Dni M° CC LX ſecundo menſe Januar. teſtes hujus rei ſunt: *Helwicus* Prior, *Johannes* Cantor, *Conradus* Sacriſta, *Wikerus*, *Heinricus* portarius, *Heinricus* Grangiarius, *Heinricus* de *Lynden*, *Cunradus* ſupprior, *Richolphus* Major cellerarius *Fridericus* Refectorarius filius ſororis predicti *Ruperti*, *Gerlacus* ſubcellerarius, *Hartmudus* Magiſter in *Gulle*, *Wigandus* Magiſter in *Holzheim*, *Conradus* Magiſter in *Colnhuſen*, *Conradus* Magiſter in *Rydern*, *Heinricus* Magiſter in *Wikenſtadt*, *Gerhardus* converſus noſter, *Rudolphus* converſus cellerarii noſtri & alii monachi noſtri quam plurimi & converſi.

Digitized by Google

LXVIII.

DECIMÆ CVIVSDAM TRACTVS IN NEMORE DREIEICH ELOCANTVR.

W*ernherus* Dei gracia ſancte Maguntine ſedis Archi Epiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archi Cancellarius. Noverint univerſi, quod nos dilecto fideli noſtro *Heinrico* Sculteto Franckenfordenſi ad nos pertinentem decimam de fundo nemoris, quod vocatur Bomgart ſito in ſilva que nuncupatur *Dreieich* apud pratum fratrum domus Theutonice de *Saſſenhuſen*, quem quidem fundum eidem Sculteto & *Volrado* Subſculteto Franckenf. a Domino noſtro Romanorum Rege conceſſum in feudum iidem Scultetus & ſubſcultetus redegerunt noviter & redigent in culturam, conceſſimus pro certa annua penſione ad nunc inſtans decennium obtinendam, dantes predicto *H.* Sculteto preſentes noſtras literas in teſtimonium ſuper eo. Datum apud *Scharpenſtein* VI. Idus Julii Anno Dni M° CC. LXXVIII.

LXIX.

FRANCOF. ECCLESIA BONA IN GERNSHEIM COMMVTAT.

B*urghardus* Prepoſitus & conventus Eccleſie Lauriſſenſis Ordinis Premonſtratenſis tenore preſencium proteſtamur quod nos cum vinea noſtra ſita in *Hobinſtat* ex parte una & Decanus & Capitulum Eccleſie Franckenfordenſis cum bonis eorum ſitis in *Gernsheim* ex altera concambium hinc inde fecimus ſub hac forma, ut dictum capitulum prefatam vineam in *Hobinſtat* poſſideat perpetuo titulo proprietatis & Eccleſia noſtra Lauriſſenſis prefata bona in *Gernsheim* eodem titulo poſſideat vice verſa. ut hec predicta inconcuſſa permaneant & perpetuam habeant firmitatem, preſens ſcriptum prefatis Decano & Capitulo dedimus ſigillo Eccleſie noſtre roboratum. Actum Anno Dni M° CC° LXV. Menſe Julii.

LXX.

LXX.

PROVIDETVR DE NONA IN INGELHEIM.

W. Dei gracia ſancte Maguntine ſedis Archi Epiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archi Cancellarius dilecto in Chriſto Scolaſtico ſancte Marie ad Gradus Magunt. ſalutem in Domino. Sua nobis dilecti in Chriſto Decanus & Capitulum Eccleſie Franckinfordenſis conqueſtione monſtrarunt, quod officiati Domini Regis apud *Ingelnheim* & quidem eorum famuli nec non poſſeſſores bonorum Imperii ibidem ipſos temere ſpoliant jure ſuo contra juſtitiam auferentes eisdem Nonam de bonis Imperii, que ipſis debet ſolvi de jure. Ideoque diſcrecioni tue mandamus, quatenus eosdem monere procures, ut dictis Decano & Capitulo ablata reſtituant infra terminum competentem, quem ad hoc duxeris prefigendum & de cetero nonam ſolvant hujusmodi ut tenentur, alioquin ex tunc in negocio ipſo previa racione procedas. ſicut de jure fuerit procedendum. Datum *Pingwie* Anno Domini MCCLXXV. VIIII. Kalend. Octobris.

LXXI.

Digitized by Google

LXXI.

ELOCATIO NONÆ IN INGELHEIM.

Nos *Reinhardus* Decanus totumque capitulum Ecclеſie S. *Bartholomei* Franckf. tenore preſencium profitemur, quod animo bene deliberato parique conſenſu nonam noſtram cum omnibus ſuis pertinenciis quam in *inferiori Ingelnheim* & terminis ejus tenemus & jure proprietatis poſſidemus & Eccleſia prefata noſtra ante plurima tempora, quorum memoria non exiſtit, tenuit ab Imperio & poſſedit, locavimus & conceſſimus ac locamus per preſentes juſto locacionis titulo Religioſis viris Commendatori Domus Ordinis Sancti *Johannis* Jeroſolymitani in *Maguncia*, que quidem domus czu dem heilgin grabe volgariter nuncupatur, perpetue poſſidendam & tenendam pro una marca & dimidia marca denar. col. legalium & bonorum ſingulis annis in feſto beati *Martini* nobis & Eccleſie noſtre S. *Bartholomei* predicte ſolvendis, dandis & in *Franckenford* preſentandis eorum ſumptibus laboribus & expenſis, & ne Commendator qui pro tempore fuerit, nec non domus zum heilgin grabe in *Maguncia* prefati reperiantur negligentes in ſolucione cenſus prenotati, unam marcam denariorum in redditibus ſitam in *Franckenford* ſupra domum

zume

zume Salczhus pro ſubpignore ſpontanea voluntate obligarunt hoc modo ut ſequitur, videlicet quod ſi cenſus prefatus in feſto S. *Martini* vel infra menſem poſt immediate ſub ſequentem per ipſos commendatorem & domum zum heilgin grabe ſepedictos ſemel monitos ſolutus nobis non fuerit ſine vara tamen ut prefertur ex tunc memorata bona ipſorum una cum ſubpignore predicto ad Nos Decanum & Capitulum ac ad noſtram Eccleſiam memoratos libere & abſolute absque judiciario ſtrepitu contradiccione quacunque vel quorumcunque ipſis ſuccedencium aliqualiter non obſtante omni impedimento remoto juris Cononici & Civilis auxilio minime ſuffragante libere & preciſe revolvuntur & ſunt ipſo facto ad Nos & noſtram Eccleſiam libere & ſimpliciter ut premittitur devoluta, prout eciam in ipſorum literis nobis per eos traditis continetur in teſtimonium omnium premiſſorum ſigillum Eccleſie noſtre majus preſentibus duximus appendendum. Actum & Datum Anno Dni M° CCC° XLI. feria tercia poſt purificacionem beate *Marie* Virginis glorioſe.

LXXII.

LXXII.

REVERSALES INTVITV ELOCATÆ NONÆ IN INGELHEIM.

Nos frater *Bertholdus de Hennenberg* Prior humilis per Alamanniam &c. Domorum Ordinis ſancti *Johannis* hoſpitalis Jeroſolymitani, Frater *Cunradus de Franckenford* Commendator Domus que zum heilgin grabe nuncupatur in *Maguncia* ceterique fratres Domus ejusdem univerſi tenore preſencium publice recognoſcimus & ad univerſorum noticiam quorum intereſt vel intereſſe poterit cupimus pervenire, quod honorabiles viri *Reinhardus* Decanus totumque capitulum Eccleſie S. *Bartholomei* Franckenfordenſis unanimi conſenſu & libera voluntate, deliberacione prehabita diligenti bona Imperialia id eſt, Nonam ſuam in villa in *inferiori Ingelnheim* & terminis ejus ſita & ſitam ad eos & Eccleſiam eorum predictam proprietatis jure pertinentia & pertinentem nobis & noſtro conventui cum ſuis pertinenciis juſto locacionis tytulo locaverit perpetuo poſſidenda & tenenda pro una marca & dimidia denar. col. legalium & bonorum ſingulis annis in feſto beati *Martini* ipſis & Eccleſie eorum predicte ſolvendis dandis & preſentandis noſtris ſumptibus laboribus & expenſis & ne repe-

riamur

riamur negligentes in ſolucione cenſus prenotati pro ſubpignore unam marcham denariorum in redditus ſitam ſuper domum zume Salczhuſe volgariter nuncupatam obligavimus & per preſentes obligamus hac condicione adjecta quod ſi pretactus cenſus in feſto S. *Martini* vel infra menſem immediate poſt computandum per Nos Commendatorem & Domum zum heilgen grabe in Maguncia ſemel moniti ſolutus ipſis non fuerit ſine vara tamen ut prefertur, ex tunc memorata bona ipſorum una cum ſubpignore prefato ad Decanum & Capitulum predictos & eorum Eccleſiam ſepedictam libere & abſolute absque ſtrepitu judiciali contradiccione noſtra vel quorumcunque nobis ſuccedencium non obſtante omni impedimento remoto libere & preciſe revertuntrr & ſunt ipſo facto ad Eccleſiam eorum & ad eos libere & ſimpliciter ut premittitur devoluta, prout eciam in ipſorum literis nobis per eos traditis plenius continetur, dantes eis & eorum Eccleſie memorate has preſentes literas ſigillis Prioris in Alamannia & Commendatoris ſepedicti ſigillatas ad evidenciam & roboris firmitatem in teſtimonium omnium premiſſorum. Datum & Actum Anno Dni Milleſimo CCC° XLI^{mo} feria tercia poſt Purificacionem Virginis *Marie.*

Digitized by Google

Digitized by Google


ÖSTERREICHISCHE
NATIONALBIBLIOTHEK

ÖNB
+Z150703409


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google